

tantam fo-
licitatem
gratulari.

lis Dei super uno peccatore penitentiam agente. Poterat ne Dei Filius peccatori tribuere majora argumenta confidendi in illius misericordia? Quis peccator desperare potest de venia, ubi suorum scelerum enormitatem intuetur, si audeat hanc salutis verba proferre ore veritatis ipsius? Ceterum cur alibi dicit Deus per Prophetam suum, quacumque die peccaverit justus, se non recordaturum amplius justitiae suae? Hac in re admirari debemus admirabilem Dei erga creaturas suas providentiam. His minuitur, ne cadant; aliis Divinae suae misericordiae spem largitur, ne peccata illos in desperationem dejiciant. Si ergo justus es, time Deum, ut resurgas. R. Croiset in Asceticis Exercitationibus. Tomo 5. Equum est, peccatores, ut dolor vestrum quodammodo exaquet peccatum vestrum: Convertimini,

sicut in profundum recesseratis. Peccatum vestrum fuit voluntarium adfectatum, pertinax: Illius committendi occasione nacti estis, & procurastis; injustum illud negotium, hac impudicitia fuit tristic fructus industriae, atque sollicitudinis vestrae. Dolor vestrum esse debet sincerus, acer, constans: Omnem occupare debet curam vestram, omnem metum, ac desideria: Vestramque efficere debet spem, atque laetitiam. Hec quousque processistis, cum laxistis Deum? & unde emergendum vobis est, ut ad eum revertamini? Vobis longissima ingredienda via est, ut eum reperiat. Sed vos vestri miseret, illum etiam miserescet: veniet ad vos. Ipse etiam exoptat beatum illud momentum, quod vos illi restituet: Unas jam tendit, ut infirmitati vestrae opem ferat, ut vos amplectatur. Sermo Patris la Pesse, Tomo 3.

CORRECTIO

FRATERNA, REPREHENSIO, PUNITIO, ETC.

MONITUM.

Preciosissima invenies argumenta, quae hoc facilius repleri possunt propter verum ingenium copiam, quae inveniantur apud Sanctos Patres, Asceticos, atque cum Veteres, tum Neotericos Concionatores, qui de Correctione fraterna integros ediderunt sermones. In eo vero tota difficultas sita est, ut ex tanta rerum suppellectile, quam tot Auctores suppeditant, praeiens electio fiat. Hoc tamen argumentum arduioribus, quam alia plura cancellis continetur, quod multa sunt hoc simpliciora: sicut enim in hoc accidere sermo possit de dissimulatione, & alienorum peccatorum tolerantia, quae Correctioni, & invectioni fraterna opponuntur; hi defectus adeo naturaliter referantur ad ea, quae in eorum virtutum laudem dicenda sunt, quibus directe adversantur, ut in concione ab illis separari minime possint, dummodo argumentum hoc funditus sit pertractandum. Tria tantum notanda occurrunt.

Primum, quemadmodum Correctio pro quovis peccatorum genere, & cuiusvis personarum conditioni fieri potest, concionatori sedulam impendendam esse curam, ne a suo recedat argumento late nimis differens de peccatorum gravitate, de malis, quae consequi possent, de defectibus qui sunt corrigendi, atque arrepta occasione inductionis, quae erit instituenda, prop- sibi sui oblitivatur.

Secundo cavendum etiam diligenter est, ne, quae consilii in hac materia sunt, cum illis confundantur, quae sunt praecipit: ideoque memoranda sunt circumstantiae, in quibus haec fieri debet correctio; & quando, & quomodo, & quibus, & a quibus sit instituenda. Cum enim nullum praecipitum adhi, in cuius observatione major requiratur prudentia, ut nullum argumentum est, ubi majori prudentia opus sit, ut statuat ad quosnam praecipitum hoc correctio fraterna pertinet.

Tertio denique cum nequaquam minus rarum, atque difficile sit, aequi, bonique facere correctionem, quam eandem dato tempore suscipere: operae pretium est in concionibus ad charitatem fraternam spectantibus utrumque miscere; vel nisi placuerit sermone de utroque habere concionem, semper alterum ita pertractare, ut ad alterum referatur, itaque alterius cognitio sit tamquam gradus ad cognitionem alterius, vel saltem alterutrum ex his argumentis, de quo explicite verba facere nos aggredimur, verissimum certissimumque supponere.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Concionum hujus argumenti Systemata.

I. Gregia concionis partitio, & quae statim sese offert, haec sane est, ut ostendas. 1. obligationem correctionis fraternae faciendae: cuius naturae sit praecipitum, quo hoc agere jubemur, & cuiam rationi innitatur. 2. Ad quos hoc officium, & haec obligatio pertineat. 3. Ratio hoc munere fungendi, quae tres esse possunt concionis partes.

Parti prima: quale sit hoc praecipitum. Licet scire sufficiat, praecipitum hoc esse divinum explicite, & in lege veteri, & in lege nova irrogatum; haud abs re est nihilominus rem alius repetere, atque docere, praecipitum hoc esse de iure naturae innixum 1. amoris, quo Deum prosequi debemus, & zelo, quem pro ipsius gloria testari debemus: quibus enim in occasione hunc pra nobis ferre melius possumus, quam prohibendo, ne ipse laedatur, & ne ignominia afficiatur? Terrae hujus Principes ministris suos habent, qui eorum iura tuentur, & iniurias, atque contumelias eidem illatas, prosequuntur: nonne igitur aequum est, ut Universorum Dominus servos habeat, qui suum erga eundem amo-

rem testentur, suumque probent zelum corripientes palam, & corrigentes eos a quibus divinas leges violari conspexerint? Itaque hoc ille, omnibus hominibus generatim, singulis particulariter praecipit. 2. Praecipitum hoc innixum est charitati proximi, in quo & continetur, ejusdem partem constituens. Mandavit ille unicuique de proximo suo. Eccli. 17. Haec autem charitas erga proximum utilis exerceri non potest, quam prohibendo, ne ille in interitum ruat, eumque a peccatis revocando, quae fortasse essent causa damnationis ejusdem. Itaque quomodo contra charitatem peccare, qui proximum in praecipitum lapsum non erueret; vel qui non prohiberet, ne laboraret, eundem de periculo certiore minime faciens: contra idem praecipitum delinqueret, qui non vetaret, ipsum in flagitiis suis permanere, vel non praeberet opem, ut ex infelici eo statu emergeret in quo versatur, & in quem fortasse lapsus est eo, quod minime admonitus fuit. 3. Hoc denique praecipitum innititur curae, quae singulis esse debet de bono Republicae: si enim nemo corripere, vel corrigeret peccatores, qui officiorum

suorum obliviscuntur, peccatum quamprimum fieret scandalum, & ludus, quae generatim sese ubique effunderet; ideoque Judices, & Magistratus instituti sunt, ut tantum malum averteretur. Verum quia hoc minime sufficeret; hanc est, quod cum vitium in privatas personas, & cum minori rumore obrepit; si nostrae accidat cognitioni, quilibet pro mensura illius, quam obtinet, existimationis; a Deo constitutus est ut si opus sit, fratrem corripiat, & generatim cum minori progressu, atque effectu, quod fieri poterit, citra temeritatem, atque indecentiam prohibeat.

Pars altera: quoniam hoc praecipitum obligatur: 1. Extra omnem dubitationis aleam positum est ad id eos praesertim teneri, qui alienis moribus debent invigilare: Magistratus erga sibi subditos Cives; Pastores in grege suo; Parentes cum filiis, & familia sua; Dominos cum servis, & generatim quicumque super alios aliquam obtinent auctoritatem, quod unus quodammodo inhæret eorum characteri, & dignitati, quam occupat; redditori enim sunt Deo rationem de illorum interitu, quos Deus peculiariter ipsorum curae commisit. 2. At credis fortasse ad hoc tantum hoc praecipitum referri, neque putas hoc officium ad quemlibet flagitium spectare, cuiuscumque status, & conditionis ille sit, ac te, quem ab hoc onere legitime solutum censet, ad illud fortasse magis, quam alios plures teneri. Profecto Magistratus quatenus hac auctoritate insigniti non omnia peccatorum genera punire possunt, eorumque officium nequaquam extenditur ad peculiarias occasiones omnes, ubi legitur Deus. Pastores non semper vident, vel norunt flagitia eorum omnium, a quibus suus grex componitur, neque tenentur curiosius inquirere quidquid in singulis domibus peragatur; Concionatores nequeunt vitia usque ad individuum perstringere, & exprobare: immo indignarentur. Cuius igitur erit redarguere vitium illius, qui propter justitiam metum nondum tenetur fasam arripere; illius, cui tu unus fortassis loqui audeas; vitium, quod clanculum sese producit, & cuius tu unus fortasse testis es? Quis denique tenetur corrigere secundum occasiones, quas cuique tempus, & locus aperit? Ego sane affirmo, vestrum singulos teneri pro peccatis, quae ob oculos vestros parari videtis: & hoc explicite docet Salvator in Evangelio eo in casu, qui vulgo accideret soler, ubi quamquam videamur causa nostra ducti corripere velle; nihilominus proximi salus multo magis, quam nostra voluntas requiritur: Si peccaverit in te frater tuus, vade & corripe eum in te, & ipsum solum. Matth. 18. ubi institui potest inductio aliarum occasionum, in quibus praecipitum hoc obligat.

Pars tertia: quo modo servandum est. Quemadmodum imprudenter fieret, si indiscriminatim quodlibet personarum genus corrigeretur, ita nosse oportet modum, qui servandus est, tempora, quae sunt aptiora, occasiones, in quibus utilis est abstinere, ne dum malo medicinam afferre studemus, illud augeamus: vel in quibus melius est inutilis reprehensionis onerosam curam abicere. Nemo satis cognoscere potest, quae prudentia opus sit in negotio adeo tenero, & delicato: habenda enim diligenter est ratio aetatis, dignitatis, ingenii, praesentis dispositionis cum eorum, qui corripiunt, tum eorum, qui sunt corrigendi; ideo Concionator haec fufus persequi debet; brevibusque ostendere exemplis, quomodo instituida correctio sit: 1. cum inferioribus: 2. cum paribus: 3. cum Superioribus, atque orationis finem imponere magnum illud bonum amplificans, quod in Correctione haec existere potest.

Hoc ipsum argumentum aliter etiam proponi potest. 1. Fraterna Correctio de praecipitum est, & praecipitum istud obligat; hoc certissimum est, neque dubitandum. 2. A quibus praecipitum hoc sit observandum: haec in re alicui occurrere difficultates possunt, quae sunt eludicandae. 3. quando, quibus in occasione, & quo ordine praecipitum hoc sit observandum, ubi diligens explicatio requiritur.

II. Post explicatam obligationem, qua praecipitum hoc adimplere tenemur pro Concionis argumento desumere possumus. 1. Magnitudinem, & qualitatem peccati, quod committitur, ubi desicimus: 2. defectus evitandos, ut rite hoc munere persurgamus, & ne correctionem hanc, ut crebro invenit, vel nocuam, vel inutilem efficiamus. Peccatum igitur, quod committimus non corrigentes; peccatum quod corrigentes etiam committimus.

Pars prior. Cum non corripimus fratrem iis in occasione, in quibus hoc praestare tenemur: 1. rei efficiamur eorumdem scelerum, quae committuntur ab eo, quem minime increpamus: hoc enim efficit, ut ille in vitiis, flagitiisque suis perseveret: 2. gravius etiam, quam illi fortasse peccare possumus, quia hinc illius sceleri cooperamur: inde vero majori cum cognitione, ac minori preventione, quam passio producit, evadimus causa interitus, & damnationis ejusdem. Ideo minuitur Deus futurum, ut rationem de nobis expolcat: De manu viri, & fratris eius requiritur animam hominis. Gen. 9. Et sanguinem ejus de manu tua requiram. Ezach. 33. Probamus etiam hac conniventia scelus ab aliis suspectum, & causa sumus, ut funesta imitatio illud ipsi quoque committant.

Pars altera. Quemadmodum sepe contra charitatem peccamus minime corripientes, sepe etiam corripientes, & contra prudentiam, & contra charitatem peccamus. Hi igitur defectus vitandi sunt: 1. ne importune correctio fiat, cum aliquis ira incensus est, vel passionis vi raptus sit; tunc enim quodcumque dixeris oleum addet camino, eumque magis irritabit. 2. Ne hoc nimis aspere, sed leniter fiat, ut docet Apostolus: quippe ira, & asperitas nostra fratrem exasperabit: & qui antea uno tantum laborabat malo huic alterius quoque accessio fiat. 3. Ne palam exprobremus, quod clam actum est.

Ea omnia quae ad hanc materiam pertinent una tantum Concione complecti possumus, ita propositionem partientes, quomodo correctio faciendae est: & quomodo recipienda.

Punctum primum. Prudenter correctio instituenta est habita ratione qualitatis eorum, qui corripiuntur, sceleris, quod improbatum, circumstantiarum, in quibus corripiendum est: namque pro eorum varietate aliter est corripiendum.

Punctum alterum: recipienda est. 1. cum humilitate, nosmet peccatores confitendo, quin per superbiam factum exulare velimus: 2. cum actione gratiarum tanquam beneficium, quoniam re ipsa factis magnum est; & hac ratione nequaquam pravam nobis adesse voluntatem ostendimus: 3. cum desiderio proficiendi, & nosmet corrigendi; quod ipsum adhibendum est, quandoquidem correctio nobis fert opem, atque rei hujus necessitatem ostendit.

Tria sunt hominum genera, qui sibi corrigendum esse minime ducunt, quamquam correctionis praecipitum excipiat neminem. 1. Quidam corripere non audent, quia metuunt redargutiones suas contemptum iri, vel timent sibi odium constare, & excidere ab eorum gratia qui sunt corrigendi. 2. Alii nesciunt, quomodo corripiendum sit, & quae via insisteri debeant. 3. Alii denique non corripunt; quia non aequi, bonique facta fuerant alius temporibus correptiones suae, & quod nullum percipere potuerunt fructum ex redargutionibus suis.

Primorum timor in primo puncto confundendus est, Secundis, immo tertiis etiam ostendendum est, illos non satis novisse quo pacto corrigere deberent pro varietate personarum, correctione indigentium: quod erit punctum alterum.

Denique ad praetextum omnem tertiis etiam auferendum, & si opus sit, ad illos magis excitandos, metuque illis auferendum, eorum causa agenda est apud nocentes, eisque ostendendum magnum illud bonum, quod sapienter correctio ipsis afferre potest, quo seipos corrigitio ipsis affert; & generatim explicandum erit modus, quo correctio recipi, nec non afferenda rationes, propter quas aequi, bonique consuli debeat. Et hoc erit punctum tertium.

Fraterna correctio christiana, & sancta est, cum oritur ex charitatis principio: itaque hoc unum corripientibus ob oculos versari debet, non autem desiderium satisfaciendi affectui suo. Nihil aggredendum, nihil faciendum pra dolore, invidia, similitate, vel propter cupiditatem ostendendae auctoritatis, sed fratris salus unice inquirenda est. Lucra- tus eris fratrem tuum. Educendus est de errore, in quo versatur, meliora illi desideria immittenda, procurandus felix in Dei gratiam reditus, eaque pax, & laetitia, qua in hac vita non afficit virtus.

Secundo, salutaris est, & efficax, ubi illam dirigit prudentia; hoc est, cum tempus commodum praetolamur, eamque opportune suscipimus, non sine ea lenitate, quae hac in re praesertim requiritur.

Tertio maxime est meritoria, cum Dei gloriam, tanquam finem, nobismetipsis proponimus. Peccatis enim

enim fratrum injicitur, irreverentiam, & impietatem deterrere, nomen Domini sanctificamus, & ut ab aliis sanctificentur, magis magisque conamur; liberali huic Regi gaudium asserimus, cum atria sua per nos cultioribus rident; repleta: praesertim vero illud explemus desiderium quod homo Deus in toto vitæ suæ mortalis cursu potissimum testatus est &c.

VI. Prudentia omnino necessaria est, ut fraterna correctio cum fructu percipiatur,
1. Necessaria est ut bonum a malo, verum a falso fecernatur: uti etiam intelligatur, quæ tacenda, dicenda sint, quæ corrigenda, vel dissimulanda.
2. Necessaria est, ut nosmetipsos diligenti excutiamus examine, & videamus, utrum illdem defectibus simus obnoxii, quos in aliis reprehendimus, vel alteri cuiquam, propter quod iure nobis reddi queat: *Medice cura te ipsum.*
3. Necessaria est, ut tempus capiatur, & afferatur temperamta, quæ correctionis amaritudinem valeant lenire. *Desumptum ex Dictionario morali.*
Pauci correctionem hanc efficiunt, licet hoc præceptum generatur ad omnes, & singulos pateat; ex paucis vero illam exercentibus longe pauciores sunt, quibus cum fructu hoc accidat.
1. Qui illam negligit, corripit fratrem tuum, ubi illum a vitæ via deerrantem conspexeris. Hocürgens est charitatis officium.
2. Qui illam perperam facit, disce, quid requiratur, ut cum fructu fieri possit, & quid præcavendum, ut votis damneris. In prima igitur parte erit obligatio hoc munere perfundendi; in altera ratione, quibus eodem debeamus perfungi. *Ibidem.*

VII. Quomodo correctiones sint recipienda. Dux propositiones concisionibus partitionem constituunt.
1. Periculum, cui nosmet obicimus, & malum, quod nobismet constamus salutaria contententes monita, vel contra corripientes nosmet irritando.
2. Quam mentis, & cordis dispositio queratur, ut ex correctionibus fructum feramus. *Ibidem.*
Ut Correctio sit utilis, fieri debet: 1. cum auctoritate, aliquo æqui, bonique non fiet, & ex corripiente queratur, quo titulo hoc sibi vindicet ius, vel quomodo hanc sibi potestatem, vel auctoritatem arroget? Hæc autem auctoritas vel abortu proficitur uti in nobilibus viris, vel a munere, ut in iudicibus, & in Magistratibus, vel ab amicis, ut in amicis.
2. Cum prudentia; alioquin inutilis erit, quia non instituta, uti opus erat.
3. Cum integerrima charitate, ita ut omnia ad Dei gloriam referantur. *Ibidem.*
Quod tamen hic dicitur de auctoritate, in aperiore correctione intelligendum est: Etenim in ea, quæ cæcis instituitur, reverentia, quam præ nobismet ferimus, vel solus etiam zelus, quibusdam in occasionibus justificare potest eam licentiam, quam nobismet vindicamus.
Zelus, quo ad corrigendum, vel ad corripiendum proximum fecimus, tres habere debet qualitates.
1. Bono exemplo confirmari debet; alioquin vobis constat contemptum, & irrisionem eorum, quos corrigere volumus.
2. Debet esse secundum scientiam, videlicet prudens, atque discretum: alioquin animos potius exasperabit.
3. Constans esse debet, & firmus, ubi hoc requiritur.

VIII. Fratrem tenemur corripere, & ad id nos cogit.
1. Præceptum, quod irrogavit Deus;
2. Honor Dei, qui hoc deposcit;
3. Salus proximi, quæ vobis credita est.
Frater tuus, ubi deliquerit corrigendus est.
1. Hoc, amor, quo Deum prosequi debes, exposcit; punctum primum.
2. Amor; quo proximum tuum complecti debes, ad id te sollicitat; punctum alienum.
3. Moderata correctionem hanc, eamque aggredere ius omnibus in circumstantiis, quas illa requirit. *P. Bourdaloue in Sermonibus, qui sub eius nominis circumferuntur.*
Opus est, ut fraterna correctio instituat juxta exemplar illius, quæ nos corrigit Deus.
1. Deus nos cum summa tranquillitate castigat: cum tranquillitate iudicet; hoc igitur nobis sine affectuum emotione ulla præstandum est.
2. Hoc facit cum reverentia; Cum magna reverentia disponi nos. Reverentia autem metus est amore mixtus; curamus fratres nostros admonere,

XI.
XII.
XIII.

atque ita nostram illis offensam charitatem; veteamur, ne eo oris habitu, vociferi toni, vel ita impoñtine hoc faciamus, ut isdem dupliciter possimus. Hæc amoris, motusque innixio erga eos, qui nostri similes sunt, nobis multo melius convenit, quam Deo erga creaturas.
3. Cum in speciem durus nos redarguere tenetur, tunc etiam semper bonitatem, & misericordiam præfert: *Dat locum in peccatis, panitentiam... ut cum de nobis iudicatur, speremus misericordiam tuam.* Hoc nostrum exemplar est, imitemur illud. *Ibidem.*
In hoc quamdam Apostolatus speciem exercemus.
1. Ab ipso Deo missionem recipimus: *Si peccaverit in te frater tuus: quæde, & corripit eum.*
2. Hoc munere perfungi possumus: *Si te audiverit.*
3. Eandem etiam fructum possumus sperare: *Luctatur eris fratrem tuum.* Tres causæ officii nostri, quo errantes fratres corripere tenemur. *Brot.*
Fratres corrigere tenemur; hoc primum erit concisionis punctum. Tenemur autem 1. propter zelum odii contra peccatum, 2. propter zelum amoris pro Dei gloria, cui inferitur contumelia, 3. propter zelum charitatis erga proximum nostrum, cujus salutem pro virili procurare debemus.
Tenemur scire modos hoc efficiendi: 1. Leniter incipiendum est: 2. cum non proficet lenitas; acrior correctio adhibenda; 3. cum privata correctioe inutiles sunt, si hoc nobis nostra conditio permiserit, palam corrigere possumus.
Punctum primum; quantum necessitas sit fraterna correctio ad proximi salutem. 1. Ita fratrum injicitur eorum flagitiis, quod quidem ipsis maximum malum est: 2. Veramus, ne alii peccent, 3. Deo fratrem lucratur, & huius saluti telici eventum consulimus.
Punctum alterum; rationes deterrentes, ne hoc faciamus, & adeo necessario munere perfungamur.
1. Fallax amicitia; 2. Nostra utilitas: veremur enim hunc ledere, quem minime volumus; nobis enim hoc obstatum putamus; Non dico illum aperte offendentes, neque rationem habentes ejusdem existimationis, quam rectus sensus, & virtus defendere consueverunt, sed illi offendentes ipsi a genti rationem a nobis, vel minimum improbare.
3. Incuria qua verum proximi nostri bonum negligimus.
1. Quidam minime corrigunt, cum & possunt, & debent; & his offendendum est, ipsos ad hoc præstandum lege teneri.
2. Alii hoc peperam faciunt, hique erudiendi sunt, ut tunc hoc munere perfungantur.
3. Alii denique, & zelo satis fervent, & ea, quæ requiritur, præditi sunt prudentia, ut corrigant, quemadmodum par est, sed nimis sensibiles sunt, & pari nequeunt, ut vicissim corripiantur; his autem ostendenda est vite actionis iniquitas; quo bono & se, & alios liveat; & quomodo hac ratione omnem adimant auctoritatem correptionibus suis.
1. Justitia sæpe exigat, ut peccator corrigatur.
2. Charitas hoc infinitis in occasionibus deposcit.
3. Prudentia vult, utramque secundum personas, & circumstantias regi.
Regulæ fraternæ correctionis, & conditiones, quæ in ea requiruntur, fere sunt quatuor.
1. Comes esse debet prudentia; namque hæc si desit, correctio omnino inutilis est. Hæc autem prudentia consistit in hoc, ut ratio habeatur temporum, locorum, personarum, aliarumque circumstantiarum. 2. Comes esse debet, & zelus aliquo in infirmitatem, & humanum respectum degenerat; vitium palpatur potius quam vere corripiatur: sed hic zelus sine impetu esse debet, & sine indignatione. 3. Comes esse debet justitia; corrigere enim innocentem, vel qui levis, aut ambigui facti nocens existimatur, hoc sane est auctoritatem suam concupiscit obicere, & is, qui corripiuntur indignationis animam præbere, quin eorum malis vera medicina afferatur.
4. Comes esse debet auctoritas, hoc est per illum fieri cuius est alius invigilandi, eoque ab erroribus suis revocandi. Hoc sermone sistena formalem supponit correctionem his in circumstantiis habendam quæ vere possunt, ut corripiens superior sit, vel quæ fidem adstruere possunt, corripientem hoc iure velle corrigere. *Desumptum ex huius argumenti homilia in D. Sulpicii prolata, & mox typis edita.*
Cum

XIV.
XV.
XVI.
XVII.
XVIII.
XIX.

XX. Cum fraternæ correptionis præceptum positum sit, neque obliget semper, & quovis tempore, suasque habeat exceptiones, atque dispensationes.
1. Examinandum est, quandonam hoc facere teneamur, & quibus in circumstantiis nequaquam cogamur: Proponenda doctrina est, & materia omnis scite excitanda in hoc primo puncto.
2. Si hoc præstare tenemur, docendum quomodo hoc facere debeamus, quod ipsum ad tria redigi potest; scilicet: ut corrigamus, 1. leves errores cum indulgentia: 2. homines dociles, & obediens cum charitate; 3. Rebelles cum rure. Hæc omnia in altero puncto sunt explicanda.
XXI. Triplex ratio, propter quam hoc præstare cogimur.
1. Postulat Charitas, ut proximum corripiamus, ubi cum aliqua fructus spe id nos facere possumus, sive ut ad frugem redeat, qui peccaverit; seu ut a peccati contagione preserveretur illi, coram quibus peccaverit: Præceptum hoc plus, minive nos urgeat, juxta eas necessitates, quibus remedium asserendum est; & quamvis late ad omnia se extendat, quæ charitatem erga fratres nostros respiciunt, illius præsertim tunc meminisse debemus, cum de eorum agitur spirituali utilitate, pro qua multo majora, quam pro aliis utilitatibus, sunt a nobis facienda. Attamen quid sit? quantum constaret impediendo amico illi contagioso, locuplet viro, cui in cæcium toto homines, cum quibus quotidie veratur, vocaree totque tanto magis quod idem præceptum imperat, ut hoc leniter, sine temeritate, atque superbia fiat; modo aperte, modo etiam indirecte, quin unquam a prudentia regulis recedamus.
2. Generositas poscit, ut charitas hæc suam habeat extensionem, & ut evitentur prætextus propter quos nimis facile iudicamus, vel conatur hunc cum nimio periculo esse conjunctum, vel inutile futurum esse laborem; poscit, inquam, generositas, ne quis metuat pro causa adeo bona leve discrimen subire, & oleum, operamque perdere. Nihil te ferendum est? Cur statim desperandum? Numquid tam cito consilia nostra deserimus, ubi statutus alienus aucupari gratiam; a cuius libidine sexmo etiam libere has irrisiones, atque repulsa, quas nequaquam mereamur, cum rite instituta correctio fructum referre? Hac ratione fortasse assequemur, ut saltem nostro perfurgamur munere, existimantes nos aliquid ultra assecuturos; & ad agendam salutis erimus, cum major attentio, majorque constantia requiratur.
3. Justitia poscit pluribus in occasionibus hanc fieri correctionem, licet ubique cum prudentia, quin nos labor, vel dolor fortasse, quo inde afflictiorem, deerreat. Itaque hæc obligatio ad omnem Pastorem, Magistratum, Superiorem, quicumque tandem ille sit, pertinet, secundum omnem suam jurisdictionis atque auctoritatis extensionem. Quamvis habendus esset pro Censore importuno, & periculum aliquod tibi subeundum esset; tacite saltem, vel indirecte teneris redarguere peccantem coram te ne nocens existimetur tuum a te probari facinus, eo quod non corripitur.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, Auctoresque, unde hauriri possit verum copia ad hoc argumentum præstandum.

S. Augustinus librum edidit de Correctione & Gratia, ubi ostendit, correctionem non esse inutilem, quamquam Deus gratia sua nos interius admoveat, atque corripiat.
Idem l. 1. de Civit. ostendit Præules a Deo institutos fuisse ut peccata corripiant, & illis aliquando rationem reddendam esse interitus subditorum suorum, qui interierint, eo quod non fuerint admoniti.
Idem l. 2. Sermonum Domini in monte ostendit, illum, qui alterum corripit, & redarguit, irrepresentabilem esse debere in his, quæ in alio reprehendit, vel si eidem vitio esset obnoxius, sese diligenter corrigere.
Idem in Epist. 19. ad S. Hieronymum docet quomodo corripiendi sint æquales, vel superiores nostri juxta S. Pauli exemplum S. Petrum redarguentis.
Hendry Bibl. Tom. I.

Idem Sermon. 16. de verbis Domini loquitur de correctione, quæ private facienda est.
Idem in Epist. 87. ad Felis & Rusticum, ostendit, non facile inveniri, qui æqui binique constant increpationes; sed hoc esse necessarium, & singulos teneri, ut hoc præstent.
Idem Sermon. 15. de Verb. Matth. exemplo Medicorum difficilia sæpe remedia imperantium docet, nihil inhumanitatis in severa correctione inveniri, ubi est necessaria.
Idem, vel quisquis est Auctor Sermonum 14. ad fratres in Eremo prolixum habet Sermonem de fraternæ correctionis utilitate.
Idem l. 1. de Civit. c. 9. querens, cur sæpe boni una cum impiis plectantur, ideo eodem involvi supplicio respondet, quia aliena peccata dissimulant.
Idem tract. 10. in S. Joannem docet, quinam sit verus zelus, cum quo correctio faciendæ est.
Idem l. 5. Homil. homilia 4. docet quinam requirantur in corripiente, qualitates, & homil. 46. Libri ejusdem ostendit, quid in peccatoribus, atque Justis operetur correctio.
S. Gregorius l. 10. Moralium docet sapientis esse audire aliorum monita, & redargutiones; & lib. 33. Moralium eorumdem de illis verba facit, qui ubi corripiuntur, sese excusant, & correctionem in superiore partem accipiunt.
Idem Psal. psal. 2. cap. 10. ubi habet Sermonem de correctione, quæ peccatores corrigere tenentur; peculiariter vero explicat methodum in corrigendo servandam.
Idem l. 13. in Job cap. 3. docet, quomodo indociles, & rebelles sint corripiendi. *Lib. 14. cap. 13.* tradit ordinem in correptionibus servandum; *l. 20. cap. 17.* tradit quinam sint peccatores, in quibus corripiendis oleum, operamque perdimus; *l. 33. c. 8.* quid nobis proponere debeamus aliena redarguentes vitia; *l. 24. c. 20.* in levioribus correctionibus humilitatem, & charitatem servandam; *l. 26. c. 28.* Cavendum, ne corripiamus aliquem, ubi ad iracundiam exarsimus; *l. 29. c. 6.* ostendit peccatum detestantium aliena vitia corrigere.
Idem in Regum libros ostendit, quinam prudentia in corripiendo requiratur.
Idem hom. 9. in Ezechielien docet discrimen, quo erga Superiores, & inferiores nosmet gerere debemus, cum illis corripere teneamur.
Idem pluribus aliis in locis de correctione fraterna verba facit, veluti *l. 33. in Job c. 24. & 3. c. 17.* præsertim vero in hom. 32. in Evangelia.
S. Chrysostrum l. 3. contra vituperatores vite Monastica ostendit, Supremum iudicem rationem ex nobis expectantem salutis fratrum nostrorum, qui interierint; eo, quod illos minime corripuerimus.
Idem in hom. 30. in Epist. ad Hebræos non corripientem comparat cum elemosynam facere detrectante; & hoc ipsum docet *hom. 44. in primam ad Corinth. Epistolam.*
Idem hom. 3. ad populum Antiochenum docet quam suavitatem sit corrigendum.
Idem in cap. 16. primæ ad Corinth. Epistolæ docet, quæ patientia, submissione correctiones sint recipiende.
Idem hom. 1. ad populum Antiochenum, quæ constantia vitium corripiendum sit docet S. Joannis Baptiste exemplo.
Idem homil. 3. ad eundem populum docet, quam suaviter instituenda sit correctio, ubi illam suscipere teneamur.
Idem hom. 16. ad eundem populum, fideles ad fraternam correctionem exhortatur propter spem graminis, & boni, quod fratibus nostris procurabimus.
Idem in postrema homilia in Epistolam ad Romanos, docet, quinam ad corripiendum sint magis idonei.
Idem in caput 19. S. Lucæ homil. 1. de Lazaro, docet non desistendum a corrigendo, & corripiendo; licet nullum ex correctione fructum simus percepturi. Loquitur ille quidem ad Pastores, & Concionatores; sed quod ait omnes excitare potest, ut hoc constanter aggrediantur.
Idem in oratione quadam contra Judæos, quæ tono 5. invenitur, ostendit contra Judæos, quæ riti sit fraterna correctio.
Idem habet homiliam de modo recipiendi reprehensiones, de quo loquitur etiam in hom. 44. ad populum Antiochenum.

PARAGRAPHUS III.

Loc, exempla, & applicationes Scripturarum huic argumento.

NON oderis fratrem tuum in corde tuo; sed publice argue eum, ne habeat super illo peccatum.

Lev. 19. Noli argueere derisorem, ne oderit te. Proverb. 9.

Argue sapientem, & diligit te. Ibid. Via vite custodiendi disciplinam; qui autem increpationes relinquit, errat. Prov. 10.

Plus proficit correctio apud sapientem, quam contumacia apud stultum. Prov. 17.

Qui abiecit disciplinam, despiciet animam suam; qui autem acquisierit increpationibus, possessor est cordis. Prov. 15.

Qui arguunt laudabuntur; & super ipsos veniet benedictio. Prov. 24.

Qui acquiescit arguenti, glorificabitur. Prov. 13.

Melior est manifesta correctio, quam amor absconditus. Prov. 27.

Qui odit increpationes, insipiens est. Prov. 12.

Qui increpationes odit, morietur. Prov. 15.

Qui corripit hominem, gratiam postea inveniet apud eum magis, quam ille qui per linguam blandimenta decipit. Prov. 28.

Viro, qui corripientem dura cervicis contemnit, repentinus ei superveniet interitus. Prov. 29.

Quem diligit Dominus corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Prov. 5.

Non amat peccatorem cum qui se corripit, nec ad sapientes graditur. Prov. 15.

Auris que audit increpationes vite, in medio sapientiam commorabitur. Prov. 35.

Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere, quem ille desuperat. Eccl. 7.

Perverbi difficile corriguntur. Eccl. 1.

Probata viri corripit insipientes. Sap. 2.

Vir prudens & disciplinatus non murmurabit correctis. Eccl. 10.

Qui odit disciplinam minuitur vita. Eccl. 19.

Quam bonam est, correctum, manifestare penitentiam! sic enim effugies voluntarium peccatum. Eccl. 20.

Priusquam interroges, ne vituperes quemquam; & cum interrogaveris, corripe iuste. Eccl. 7.

Est correctio mendax. Eccl. 19.

Corripe proximum antequam commineris; & da locum timori Altissimi. Eccl. 19.

Corripe amicum, ne forte ne intellexeris; & dicat. Non feci; & si, fecerit, ne iterum addat facere. Eccl. 19.

Curavimus Babylonem, & non est sanata; derelinquamus eam. Jer. 51.

Ejice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis ejicere festucam de oculo fratris tui. Matth. 7.

Quid vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, que in oculo tuo est, non consideras? Luc. 6.

Si peccaverit in te frater tuus, increpa illum; & si penitentiam egerit, dimitte illum. Luc. 17.

Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum; si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Matth. 18.

Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum; magis autem redarguite. Ad Ephel. 5.

Nolite, si quis non obedir verbo nostro, quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem. 2. ad Thess. c. 3.

Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, hujusmodi inquire in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Ad Galat. 6.

Non ut confundam vos haec scribo; sed ut filios meos charissimos monerem. 1. ad Cor. c. 4.

Peccantes coram omnibus argue, ut ceteri timorem habeant. 1. ad Tim. c. 5.

Practica verbum, in sa oportune, importune, argue, obsecra, increpa, in omni patientia & doctina. 2. ad Tim. 4.

Harecticum hominem, post unam & secundam correptionem devota; scienti quia subversus est. Ad Tit. 3.

Increpa dure, ut sani sint in fide. Ibid. 1.

Corripite iniquos, consolamini pusillanimes. Ad Tit. 5.

Si quis ex vobis erraverit a veritate, & converterit

Idem hom. 43. in Genesim docet, inexcusabilem esse, qui aliena vita improbare detrectat.

Idem hom. 44. in Epistolam ad Corinth. docet, quam prudentia uti debent corripientes.

S. Ambrosius l. 8. in S. Lucam docet, quam moderatione corripiendum sit.

Idem in Pf. 118. verba facit de correctione pro particularibus peccatis instituenda.

S. Hieronymus, praesertim vero in cap. 9. & 18. Proverbiorum, & 12. Ecclesiastici. De hac re etiam idem loquitur, 2. in 6. 7. Propheta Amos, & docet, correptionem equi, bonique consulendam.

S. Gregorius Nazianzenus verba faciens de modo in disputationibus servando ostendit, cavendum, ne inimico animo corripiatur, & puniatur.

S. Basilus in regulis suis disputatis, quasi 52. ostendit, eos ipsos, qui praesunt aliis, non debere effugere correptiones eorum, qui sunt sibi subiecti.

Idem tom. 1. hom. 3. illa Prophetae explicans verba: Et opprobrium non accepit adversus proximum, de fraterna correptione verba facit, ejusque & finem explicat, & utilitatem; & tom. 2. interrog. 47. illius obligationem ostendit exemplis ex Scriptura desumptis.

Idem hom. 3. in Psal. 14. pluribus argumentis correctionis hujus probat necessitatem.

Origenes hom. 6. in 16. cap. Ecclesiis refert exempla Prophetarum, qui omnibus sese objecerunt periculis, ut hoc munere perfungerentur.

Idem in hom. 1. in Pf. 37. docet quoniam spiritu recipienda sit aliena correctio, & quibus sese obicit malis, qui eadem se laedi putat.

S. Petrus Damiani in Epistola ad Desiderium Abbatem, & ad Arripandum Monachum ostendit utilitatem, quam adfert correctio, ubi nomet eadem subicitur.

S. Cyprianus Arelatenensis hom. 8. ostendit quomodo sit recipienda correctio.

S. Bernardus Sermon. 44. in Cantica in correptionibus suavitatem cum firmitate miscendam ostendit.

Idem Sermonem de Nativitate S. Joannis Baptista, & tractatu de gradibus humilitatis hac de re praestantissima tradidit praescepta.

Idem Sermon. 2. pro die festo Sanctorum Petri, & Pauli Apostolorum docet reprehensiones cum gratiarum actione recipiendas.

Dionysius Carthusianus in Operibus Minoribus tom. 2. sulus hoc argumentum persequitur.

Pater Alphonsus Rodriguez tertia parte tractatum habet hujus argumenti.

Pater Saint Jure l. 3. de cognitione, & amore Domini Nostri sulus hac de re loquitur.

Liber, cui titulus Instructionis Christianae, tom. 5. Nicolaus Honapius in summa virtutum, & vitiorum.

Raynerius de Pisis in Pantheologia, titulo, correctio.

Olorius feria secunda post Dominicam tertiam Quadragesimae.

Galpar Sanchez feria quarta post Dominicam primam Quadragesimae.

Molinier Sermonem pro feria tertia post tertiam Quadragesimam Dominicam.

Reina Con. 15. Quadragesimae.

Pater Delingendes tom. 2. Sermonum Quadragesimalium.

Maymbourg Sermonem pro feria tertia post tertiam Quadragesimam Dominicam.

Biroat pro eadem die.

De Breteville in libro, cui titulus Essais de Sermons, tres, vel quatuor habet deinceps hujus argumenti Sermones pro feria tertia post tertiam Quadragesimam Dominicam.

Auctor Sermonum in omnia Ethicæ Christianae argumenta in Dom. in Evangelium Dominicæ quinta Quadragesimae.

Bullæus in Viridario.)

Labata in Theatro.)

Granatenfis in locis com.) V. Correctio.

Bercorius.)

Summa Praedicatorum)

Dandinus l. 48. Sacrorum Ethicorum in quatuor, vel quinque capitulis infinita propemodum in hoc argumentum collegit.

A fectici stique

Contio- batores.

serit quis illum, scire debet, quoniam qui conversi fecerit peccatorem ab errore viae suae, salvabit animam ejus a morte, & operiet multitudinem peccatorum. Jac. 5.

Exempla ex Veteri Testamento desumpta.

Vetustissima, quae unquam facta fuerit correctio, ea est, quae Deum Adam corripuit. Sed primus hic nocens illam superbe recepit, atque intiquo animo talit Dei ipsius vocem. At tunc ipse sui lecleris excusationem, ut a se culpam deficeret; voluit, Evam solum peccasse; immo per summam audaciam in Deum ipsum insurrexit, atque eidem acceptum quodammodo reddidit facinus suum, se in errorem impulsim dicens a muliere, quam ipse Deus illi sociam adjuverat. Hoc ipsum omnes fere filii Adam efficiunt; corripientem ferre non possunt: in alios ea mala reiciunt, quae ipsi faciunt, immo corripientes ipsos damnare conantur: Quos corripuit, quaerit in corripiente, quod corripuit, S. Augustinus inquit, & plus gaudet de infirmitate incerta quam de infirmitate correpta.

Si per ignavam conventiant patienter fratres nostros in vitis suis misere interire, nos ipsi interitus eorum penas luesimus, tamquam flagitiorum eorum participes, atque fautores. Non alio opus est ad hoc ostendendum argumentum, quam insigni, funestoque Heli exemplo ignavi Patris familiaris, simulque Principis Sacerdotum, qui eodem tempore univere Judaorum Republicae praerant, qui, quod non dicam dissimulasset; sed parum acriter corripuit avaritiam, impietatem, impotentiam, & Sacrilegia Ophni, & Phineas filiorum suorum, qui sua abutabantur autoritate, ut divina, humanaque omnia miserent; honorem, atque opes pro tota progenie sua amissit, & ipse quoque de viuentium numero exturbatus fuit subita, tragicaque morte correptus post filiorum suorum coedem, Arcam foederis captam, & exercitum, cui filii praerant, occisione deletum. Adeo terribiles penas luit, quod, quemadmodum per Prophetam suum Deus illi significaverat, minori in pretio habuerat Dominum Deum Israel, quam filios suos, quorum scelera per summam ignaviam probaverat.

Jonathas Filius Saul videns Patrem suum in Davidem iam successum, quadam die conatus est, hunc Patri reconciliare, quod ab Rege tunc impetrare non potuit. Sed alia vice commoda sandi tempora nactus, ac Patrem hilari animo intuitus, apud illum de David locutus est, ea enarrans, quae hic Regno attulerat bona, affirmans, hanc serorvum omnium esse fidelissimum, atque tandem ostendens quantum se sibimet, & toti Regno derisum afferret, si tantum virum perderet. His verbis opportune prolatis ita parentis sui cor immutavit Jonathas, ut Saul Regis fide intermissa sponderit, se non ultra persecuturum esse Davidem, atque permisit, ut hic tunc ad aulam accederet. Tantum interest uti posse occasioibus ad correptionem insitendam apud illum, qui ob inordinatum aliquem affectum summetipsum oblitus est.

Samuel tamquam Judex Israel a Deo super Universum populum constitutus auctoritate sua uti poterat, ut vitium, quod in ea gente grassabatur, corripere, atque puniret; verum ne exprobrationes, quibus peccatores castigatus erat, suo carent effectu, illis convocata concione dixit: Aliquidne in me reprehendistis, propter quod sum corrigendus? Numquid aliquid ex vobis est, quem impotenter opprimerim, cuius bona rapuerim, vel a quo munuscula acceperim? Eja audacter loquimur, paratum enim sum, ut totius vite meae rationem reddam. Verum cum respondissent una voce omnes, nihil esse, quod ipsi objici possent; non ita ego de vobis idem sentite possum, iterum ait, neque vobis simile testimonium perhibere; vos in iudicium coram Deo appello: & reliqua, quae in Scripturis videtur possunt. Cum ergo haec divini abusi fueritis misericordia in id incumbite, ut sincera poenitentia Dei iram seltatis &c.

David in adulterium ceciderat, quod caede deinde contegere aditus est. Nemo unus aderat, qui Regi scelus horum enormitatem auderet exprobrare, atque integer ferme elapsus erat annus, quin hic Princeps sese colligeret. Tandem aliquando misit Deus Prophetam Nathan, a quo corripitur. At quomodonam Propheta ille sese disposuit, ut pertingeretur murem aede delicato, quod

Ut plurimum prudentia requirebat? Non accedit ille quidem, S. Augustinus ait, imprudens zelo palam Regis peccata exprobraturus; arte utitur, commodum tempus aucupatur, atque viam excogitat, qua effecta, ut Rex ipse proprie damnationis sententiam proferat, commentus parabolas divitis eujusdam, qui amicis suis convivium instrudurus, ut suo parceret gregi, pauperis ovem furrupuit, quam unam hic domo alebat, suum solentem, atque delicias. Quo supplicio dignus est Princeps, qui tantum facinus ausus est? Morte, statim David adiecit; atque quadruplum reddere debet illius, quod proximo eripuit. Tunc autem Nathan; tu es ille vir; in re lata sententia est, tu uxorem Urie servi tui rapuisti. Quem autem habuerit eventum hac sapiens correptione, nemo unquam ignorat. David scelus suum confessus ille sese subiecit supplicis, quaecumque ab ipso Deo poposcisset.

Cum vidit Elias gravissima impie Jezabel Sacrilegia Dei cultum abolere conantis, quod resillit, quod intentatum, ut eidem resisteret? Praeces adhibet, minas, invectivas, exprobrationes, coelestem ignem, sexcentaque miracula, quae ad hoc ipsum impendit; videns autem idololatram nihilominus triumphum referre, & in irritum cedere omnes redargutiones suas, quibus nequaquam pepercera; tunc in desertum fecisset certus consilii se Religioni, quae evertatur, & honori divino, qui ubique contemnebatur, nequaquam esse vellesuperfite. Qua animi constantia Propheta idem conventit Regem Achab, possessionem aduentem vineae Nabob, qui ejusdem imperio, vel faltem auctoritate, hac ad innocentem opprimendum fuerat occisus? Qua audacia Regi dixit, occidisti, & possidisti; illi deinde portendens ultionem, quam Deus erat sumpturus?

Sape permittit Deus, ut, qui ferre nequeunt eos a quibus cum zelo, & charitate corripuntur, incidant in palpatores, a quibus fallantur, & decipiuntur. Hujus rei praestantissimum occurrit exemplum 3. Regum libro cap. 22. Cum Michas Propheta loqueretur coram Achab Rege Israel, atque hunc iracundia correptum videret, quod contra mentem ejusdem verba facere ausus esset, ipse quoque successit, & visionem, quae sibi superiori nocte contigerat, enarravit. Vidi, inquit, exercituum Dominum throno Majestatis insidentem, paratum ad pendendum, & evertendum Achab. Cum autem omnes operam suam in illius excidium derederent impendere, accessit Demon, & ait, ego perdam illum: cui Dominus, quid facies, inquit, ut illum perdas? Decipiam eum, Sathan respondit; quarentique Domino, quo pacto illum esset decepturus, in quo reddidit illi, et spiritus mendacii in ore omnium Prophetarum ejus. Quibus auditis egredere, & scite, Deum inquit: decipiet, & provaldebit; cum enim fenel spiritus mendacii per adulterationem animam ejus insuaserit, spiritus veritatis aditum sibi nunquam inveniet. Hoc, o Fideles, quotidie accidit vobis! Quarebis hominem, qui fornora vestra, luxus, jocos, vanitatem non corripit: permittet Deus, ut incidatis in manus cum hominis hujus via, tum aliorum etiam, qui in flagitiis vestris adlabuntur vobis, & erunt causa interitus vestri.

Cum aliquem corripio, parcendum est pudori il- lius, qui corripitur eodem tempore, quo ejusdem saluti consulitur. Intendens correptionem, parcens pudori. Intere admirabilem Patriarchae Joseph hac in re prudentiam, qui per ea verba deleribi videtur. Vult sese tradere cognoscendum iratibus suis, neque id efficere potest, quin illis in memoriam revocet eorum crimen, & nequissimam proditio- nem. Quamobrem omnes recedere iussit, ut hac recognitio quae fieri minime poterat sine manifesta exprobratione perdidit, & crudelitatis, sine teste ullo transigaretur. Deinde vero, quasi nihil sibi cum illis fuisset, post adeo inexpectatam manifesta- tionem iussit ipsis eum honorem deferri, qui tam- quam fratris suis debebatur. Tamquam fratres tu- otius Aegypti luce illos excepit, & bifariam amo- rem suum admirabiliter testatus est, palam quidem eos in honorem habendo, clanculum eos corrigendo. Hoc pacto correctio, ut plurimum insituenda est, ita, ut animi nostri agritudo sub tali praetextu dolorem suum non evomat; sed omnia amoris spi- ritu, & cum fraterna charitate transigatur.

In Lege veteri plurimae correptiones occurrunt; alie quidem suavitatis, & circumspicitionis plenifime, alie vero acres, ferrentesque pro ratione cri- m

Neque enim sufficit, ut qui corripitur eodem tempore, quo ejusdem saluti consulitur. Intendens correptionem, parcens pudori. Intere admirabilem Patriarchae Joseph hac in re prudentiam, qui per ea verba deleribi videtur. Vult sese tradere cognoscendum iratibus suis, neque id efficere potest, quin illis in memoriam revocet eorum crimen, & nequissimam proditio- nem. Quamobrem omnes recedere iussit, ut hac recognitio quae fieri minime poterat sine manifesta exprobratione perdidit, & crudelitatis, sine teste ullo transigaretur. Deinde vero, quasi nihil sibi cum illis fuisset, post adeo inexpectatam manifesta- tionem iussit ipsis eum honorem deferri, qui tam- quam fratris suis debebatur. Tamquam fratres tu- otius Aegypti luce illos excepit, & bifariam amo- rem suum admirabiliter testatus est, palam quidem eos in honorem habendo, clanculum eos corrigendo. Hoc pacto correctio, ut plurimum insituenda est, ita, ut animi nostri agritudo sub tali praetextu dolorem suum non evomat; sed omnia amoris spi- ritu, & cum fraterna charitate transigatur.

In Lege veteri plurimae correptiones occurrunt; alie quidem suavitatis, & circumspicitionis plenifime, alie vero acres, ferrentesque pro ratione cri-

Ut plurimum prudentia requirebat? Non accedit ille quidem, S. Augustinus ait, imprudens zelo palam Regis peccata exprobraturus; arte utitur, commodum tempus aucupatur, atque viam excogitat, qua effecta, ut Rex ipse proprie damnationis sententiam proferat, commentus parabolas divitis eujusdam, qui amicis suis convivium instrudurus, ut suo parceret gregi, pauperis ovem furrupuit, quam unam hic domo alebat, suum solentem, atque delicias. Quo supplicio dignus est Princeps, qui tantum facinus ausus est? Morte, statim David adiecit; atque quadruplum reddere debet illius, quod proximo eripuit. Tunc autem Nathan; tu es ille vir; in re lata sententia est, tu uxorem Urie servi tui rapuisti. Quem autem habuerit eventum hac sapiens correptione, nemo unquam ignorat. David scelus suum confessus ille sese subiecit supplicis, quaecumque ab ipso Deo poposcisset.

Cum vidit Elias gravissima impie Jezabel Sacrilegia Dei cultum abolere conantis, quod resillit, quod intentatum, ut eidem resisteret? Praeces adhibet, minas, invectivas, exprobrationes, coelestem ignem, sexcentaque miracula, quae ad hoc ipsum impendit; videns autem idololatram nihilominus triumphum referre, & in irritum cedere omnes redargutiones suas, quibus nequaquam pepercera; tunc in desertum fecisset certus consilii se Religioni, quae evertatur, & honori divino, qui ubique contemnebatur, nequaquam esse vellesuperfite. Qua animi constantia Propheta idem conventit Regem Achab, possessionem aduentem vineae Nabob, qui ejusdem imperio, vel faltem auctoritate, hac ad innocentem opprimendum fuerat occisus? Qua audacia Regi dixit, occidisti, & possidisti; illi deinde portendens ultionem, quam Deus erat sumpturus?

Sape permittit Deus, ut, qui ferre nequeunt eos a quibus cum zelo, & charitate corripuntur, incidant in palpatores, a quibus fallantur, & decipiuntur. Hujus rei praestantissimum occurrit exemplum 3. Regum libro cap. 22. Cum Michas Propheta loqueretur coram Achab Rege Israel, atque hunc iracundia correptum videret, quod contra mentem ejusdem verba facere ausus esset, ipse quoque successit, & visionem, quae sibi superiori nocte contigerat, enarravit. Vidi, inquit, exercituum Dominum throno Majestatis insidentem, paratum ad pendendum, & evertendum Achab. Cum autem omnes operam suam in illius excidium derederent impendere, accessit Demon, & ait, ego perdam illum: cui Dominus, quid facies, inquit, ut illum perdas? Decipiam eum, Sathan respondit; quarentique Domino, quo pacto illum esset decepturus, in quo reddidit illi, et spiritus mendacii in ore omnium Prophetarum ejus. Quibus auditis egredere, & scite, Deum inquit: decipiet, & provaldebit; cum enim fenel spiritus mendacii per adulterationem animam ejus insuaserit, spiritus veritatis aditum sibi nunquam inveniet. Hoc, o Fideles, quotidie accidit vobis! Quarebis hominem, qui fornora vestra, luxus, jocos, vanitatem non corripit: permittet Deus, ut incidatis in manus cum hominis hujus via, tum aliorum etiam, qui in flagitiis vestris adlabuntur vobis, & erunt causa interitus vestri.

Cum aliquem corripio, parcendum est pudori il- lius, qui corripitur eodem tempore, quo ejusdem saluti consulitur. Intendens correptionem, parcens pudori. Intere admirabilem Patriarchae Joseph hac in re prudentiam, qui per ea verba deleribi videtur. Vult sese tradere cognoscendum iratibus suis, neque id efficere potest, quin illis in memoriam revocet eorum crimen, & nequissimam proditio- nem. Quamobrem omnes recedere iussit, ut hac recognitio quae fieri minime poterat sine manifesta exprobratione perdidit, & crudelitatis, sine teste ullo transigaretur. Deinde vero, quasi nihil sibi cum illis fuisset, post adeo inexpectatam manifesta- tionem iussit ipsis eum honorem deferri, qui tam- quam fratris suis debebatur. Tamquam fratres tu- otius Aegypti luce illos excepit, & bifariam amo- rem suum admirabiliter testatus est, palam quidem eos in honorem habendo, clanculum eos corrigendo. Hoc pacto correctio, ut plurimum insituenda est, ita, ut animi nostri agritudo sub tali praetextu dolorem suum non evomat; sed omnia amoris spi- ritu, & cum fraterna charitate transigatur.

In Lege veteri plurimae correptiones occurrunt; alie quidem suavitatis, & circumspicitionis plenifime, alie vero acres, ferrentesque pro ratione cri-

Ut plurimum prudentia requirebat? Non accedit ille quidem, S. Augustinus ait, imprudens zelo palam Regis peccata exprobraturus; arte utitur, commodum tempus aucupatur, atque viam excogitat, qua effecta, ut Rex ipse proprie damnationis sententiam proferat, commentus parabolas divitis eujusdam, qui amicis suis convivium instrudurus, ut suo parceret gregi, pauperis ovem furrupuit, quam unam hic domo alebat, suum solentem, atque delicias. Quo supplicio dignus est Princeps, qui tantum facinus ausus est? Morte, statim David adiecit; atque quadruplum reddere debet illius, quod proximo eripuit. Tunc autem Nathan; tu es ille vir; in re lata sententia est, tu uxorem Urie servi tui rapuisti. Quem autem habuerit eventum hac sapiens correptione, nemo unquam ignorat. David scelus suum confessus ille sese subiecit supplicis, quaecumque ab ipso Deo poposcisset.

Cum vidit Elias gravissima impie Jezabel Sacrilegia Dei cultum abolere conantis, quod resillit, quod intentatum, ut eidem resisteret? Praeces adhibet, minas, invectivas, exprobrationes, coelestem ignem, sexcentaque miracula, quae ad hoc ipsum impendit; videns autem idololatram nihilominus triumphum referre, & in irritum cedere omnes redargutiones suas, quibus nequaquam pepercera; tunc in desertum fecisset certus consilii se Religioni, quae evertatur, & honori divino, qui ubique contemnebatur, nequaquam esse vellesuperfite. Qua animi constantia Propheta idem conventit Regem Achab, possessionem aduentem vineae Nabob, qui ejusdem imperio, vel faltem auctoritate, hac ad innocentem opprimendum fuerat occisus? Qua audacia Regi dixit, occidisti, & possidisti; illi deinde portendens ultionem, quam Deus erat sumpturus?

miuum, & eorum, qui corripiuntur, qualitate. Abraham corripuit Abimelech pro quadam puteo, quem Regis huius famuli violenter usurpaverant. Jacob acri redargutione exprobravit Ruben, Simeon, & Levi Filios suos; acrius vero Noe invenit es in Chanaan, in ipsum maledictionem suam ejaculatus. Mitius, suaviusque, & Jethro Moysen, & Abigail virum suum Nabal redarguit. At infiniti propemodum laboris esset omnes hoc in loco referre species; omniaque fraternae charitatis exempla, quae Scriptura nobis potest suppeditare. Admodum tantummodo quaedam ex novo Testamento de prompta.

Exempla ex Novo Testamento descripta.

De correptione qua S. Jo. Bapt. Herodem redarguit. Nemo graviori morbo laborat, quam cui pharimaco-purum usus cedit in morbi augmentum. Hoc locum peculiariter habet in illis, qui seu ab hominibus, seu Dei ipsius nomine correpti, quin salutaria consilia aequi, bonique faciant, succentur in illos, a quibus leniter corripiuntur. Huius rei celeberrimum occurrit exemplum apud Sanctum Lucam, ubi dicitur Herodes a Sancto Joanne Baptista correptus, eo quod tulisset Herodiadem sui fratris uxorem, ceteris criminibus cumulum addidisse infinem huc sanctitate virum in carcere primum detruendi, & mox iubens obrinari.

Plurima occurrunt in Evangelis exempla correctionum, quas alias quidem suaviores, severiores alias Salvator Apostolis suis fecit. Inter ceteras vero illa episcopa, qua Sanctum Thomam Discipulum suum redarguit, eidem post Resurrectionem suam detegens vulnera, eumque admonens, ne ultra infidelis esset. Non desitit ille in infirmitate errantem Discipulum, illum sedulo quaerit. Aliis primum sese offert, ut eorum testimonio hunc ad credendum disponat; sese tandem huic offert, ut summa charitate ad officium revocet, eumque propriis oculis convincat: ut videlicet nos doceat peccatoribus occurrendum esse, & non esse verum Pontificem, qui aliorum infirmitatibus compati nescit. Illum suavior correptit, illi veniam concedit, illius consilium eximitationi, eumque domi clausis januis redarguit. Cum illis noxa Apostolis tantum esset explorata, coram illis dolum de hac verba facit, Neque prolixis sermonibus, acerbis querimoniis, amantique utitur exprobrationibus illum revocatur ad officium, pauca adhibet verba, eaque adhortationis potius, quam correptionis in corde D. Thomae fidem, & charitatem tere extinctas excitantia.

Quomodo Salvator Discipulos in Emmau tendentes corripuit. Neque minori usus est indulgentia cum duobus Discipulis, qui in Emmau proficiebantur, titubantes in fide, tristes, atque dolentes propter mortem sui Praeceptoris. Cum enim sese illis comitem addidisset in via, eosque sicutus esset, de quantum re miserent colloquia, ubi tristitia eorumdem causam accepit; ea scilicet qua illis diebus Ierosolymae transacta fuerant de JESU Nazareno, & cognovit ipsos quidem sperate quodammodo, futurum ut a mortuis resurgere posset, quemadmodum receperat; sed spe adeo infirma, ut turbarentur, & viderentur non adhibere fidem eis, quae ab aliis fuerant visa: Clementissimus Salvator duorum Discipulorum errorem miseris inceptis illis explicare Scripturae sensum, & enucleare, quae Prophetarum ceterum de passione sua, deque Resurrectionis gloria, quam per tormenta sibi promiseri debuerat. Ita illos confirmavit in fide, eorumque in credulitatem corripuit in corde ipsorum charitatis ignem accendit, cuius reliquae, prope erat, ut penitus extinguerentur. Deinde vero cum in fractione panis sese illis agnoscendum praebuisset, ab eorum oculis evanuit eisdem fidei, veraque Spei plenos relinquentes.

Cum ad JESUM CHRISTUM adducta fuit Mulier in adulterio deprehensa, sese inclinavit in terram, digito litteras quasdam descripturas in pulvere; accessitque accusatoribus quavis ab eis, ut qui ex eorum numero peccato careret, primum in eam Mulierem conficeret lapidem. Hoc factum non monet, ut ante cetera zeli nostri severitatem in nosmetipsos convertamus, & diligenter examinae executionis errores nostros, eosque corrigamus. Ita iustitia loquitur, S. Augustinus inquit, in particulari iudicio, quod in proximum profertur, cum illum corripere aggredimur. Impudica quidem Mulier punienda est, sed oportere, illam puniri ab iis, qui non essent nocentiores eadem; opus est

adimplere legem, sed optandum esset, ut ab iis adimpleretur, qui eandem minime violassent. Idcirco creditur JESUS CHRISTUS sese in terram inclinans descripturas in pulvere peccata eorum, qui eandem accusabant; & Accusatores ea legentes maxima confusione suffusus abissis. Tunc vero Salvator ruborem intuitus, quem accusata pertulerat, illam supplicio liberavit, quo damnabatur in lege, eamque tantummodo monuit, ne ulterius peccaret.

Non desunt in Evangelio, & Actis Apostolorum Alia plurima correctionis exempla partim cum suavitate, partim cum severitate conjuncta. S. Joannes Baptista zelo succensus Judaeos corripuit, illos genimina viperarum appellans; Sanctus Stephanus eos durae cervicis, indociles, & incircumcisos corde vocat, Salvator Scribas, & Phariseos propter ipsorum hypocritism redarguit; & acerbis verbis Sanctum Petrum corripuit suadere contemnam, ne sese passioni subiceret. Qua severitate usus non est idem S. Petrus cum Anania, & Saphira, atque cum Simone Mago, & S. Paulus cum Elyma pariter mago? &c.

Applicationes aliquorum Scripturae locorum huic argumento.

Vae mihi quia tacui! Isai. 6. aiebat Isaias Propheta. Quod potiori iure dicendum esset ab illis, qui aliqua pollentes auctoritate vitium patiuntur, quin illud corripiant. O Patrem ignavum! qui non audeat Filium suum corripere, atque punire, quodnam malum utriusque ipse constat? O improbos Magistratus, improbanque Pastores, qui publica intuentur flagitia, quin moventur, & necessariam asserere studeant medicinam? Obsecratorem, qui loquitur, cum tacendum esset, & Deus, & homines odere; sed illum qui tacet, cum loquendum esset, & cum fratrem corrigere deberet, hic in se Dei maledicta detorquet: Vae mihi quia tacui.

Corruptio mendax; Eccli. 19. Si animi nostri aegritudo efficit, ut proximum corripiamus, nunquam in correptionibus deerit livor, impetus, atque nimia severitas; eaque correctio acri plena mendacii, atque illustis, ut inquit Sapiens: corruptio mendax; Vera enim semper inquit bonum illius, qui corripitur, mendax autem satisfacit pravo corruptis ingenio. Hinc non vult Apostolus, cuiuslibet generis personas erudiendi, monendique Provinciam arrogare sibi; sed spirituales tantum, illas videlicet, quae spiritu Dei, lenitatis, & amoris sunt animatae: in spiritu lenitatis. Omnes quidem ad id tenentur. Verum teneatur etiam ad id hunc lenitatis assumere spiritum, eamque agendi rationem sequi, quae vere fit cum christiana charitate conjuncta, & quo illos actu, in hoc, homines spirituales efficiat.

Perfectio odio ceteram illis, Pl. 138. Quid sibi vult hoc odium perfectum, quando quidem neminibus, immo neque intensissimos hostes odisse debemus? significat, S. Augustinus responder, corripiendum duo esse distinguenda: hinc quidem nequitiam, qua peccatores aguntur, vel qualitates, quam inde vero personam eorum, vel qualitates, quam gerant. Justum autem, Sanctum, perfectumque odium, quo animati esse debemus ad eos corripiendos, tale esse debet, ut non oderimus eorum personas propter vitia, neque vitia amamus propter personas, atque ita semper parati simus, ubi se obtulerit occasio ad reprehendendum vitium, personas vero semper diligendas.

Verba Sapientis quasi stimuli, & quasi clavi in altum defixi. Eccli. 12. Haec duae loquendi rationes sibi videntur oppositae propter diversum duorum instrumentorum usum, quorum imaginem hoc in loco Salomon mutatur. Stimuli enim efficiunt, ut lentiora etiam iumenta corripiant gradum; clavi autem e contra res ligunt; ac tenent, ita ut moveri non possint. Sed in correptionibus, & redargutionibus verba Sapientis duplicem hunc usum habent; stimulant enim, atque excitant inertes homines, ut suo satisfaciunt officio; quasi stimuli; sed sunt tamquam clavi, quibus homines vagi, & inconstantes severae correctionis metu in virtute firmantur.

Opportune, importune, argue, obsecra, inrepa. 2. ad Timoth. 4. Quid sibi vult haec vox, importune? Prodesse possunt remedia importune propinata? Apostolus innuere voluit, licet videremur importune

Alia correptionum exempla.

Qui per se alienis consuetudine sceleribus Caeli maledictiones merentur.

Corruptio mendax.

Corruptio mendax.

Corruptio mendax.

PARAGRAPHUS IV.

Loci, & Sententiae Sanctorum Patrum, huius argumenti.

Debemus amando corrigere; non nocendi aviditate, sed studio corrigendi. August. Serm. 16. de verb. Domini. Quicumque corripi non vis, etiam propterea corripiendus es, qui corripi non vis. Idem, lib. de Corrupt. & Grat. Tuum vitium est quod malus es; & majus vitium corripi nolle quia malus es. Idem, ibid. Corripiendus male agentibus parce, cum metuis ne deteriores ex hoc efficiantur. Idem, l. 2. de Civit. c. 9.

Nunquam alicui peccati obviandi suscipiendum est negotium, nisi cum liquido nobis responderimus, attentione nos facere. Idem, in Epist. ad Galat. Quidquid ulcerato animo dixeris, punientis est impetus, non charitatis corrigenstis. Dilige, & sic quidquid vises. Idem, ibid.

Rara & magna necessitate oblationes adhibenda sunt; ita tamen ut in his etiam ipsis, non nobis, sed Deo serviat. Idem, l. 2. de Serm. Dom. Molestus est medicus suerenti proventico, & pater indisciplinato filio; ille ligando, iste cadendo; sed ambe diligendo. Si autem istos negligant, & perire permittant, ista potius falsa mansuetudo crudelitas est. Idem, Epist. ad Bonif.

Detrahendum est aliquid severitati, ut majoribus malis sanandi charitatis sincera subveniat. Idem, ibidem.

Corripienda sunt coram omnibus quae peccantur coram omnibus: ipsa vero corripienda sunt secretis, quae peccantur secretis. Distribuit tempora, & concordat scriptura. Serm. 16. de verb. Dom. concilians locum Matth. inter te, & Pro. cum locis 1. Tim. 5. Coram omnibus argue, & Cor. 10. Qui arguit palam, facem facit.

Plurimum interest quo quisque animo parcat: sicut enim est aliquando misericordia punientis, ita & crudelitas parcens. Idem, Epist. ad Marcum. Non omnis qui parcat, amicus est; nec omnis qui verberat, inimicus. Idem, Epist. ad Vincent. Donatist.

Non putes te amare servum, quando non cadis: aut tum amare filium, quando eam non corripis: non ista est obavit, sed languor. Idem, de Charit. Serm. 7.

Iuste alios reprehendis, qui non habet quod in se alius reprehendas. Idem, in Pl. 5.

Intendens correptioni, parcens pariter. Idem, Serm. 10. de verb. Dom. Tu vitium fratris contemnis; tu cum vides perire, & negligis: peior es tu tacendo, quam ille vitiansdo. Idem, ibidem.

Si eos, in quos nobis potestas est, ante oculos nostros perpetrare scelera permittimus, rei coram ipsis erimus. Idem, l. 5. contra Julian. c. 3.

Si severitas disciplina dormiat depressa, servit impunita nequitia. Idem, Serm. 15. de verb. Domini.

Quos corrigere non valeamus, peccatis eorum non communicemus. Idem, Epist. 166. ad Donatist.

Superbi, lenissima admonitione ad peccata praecipitia provocantur. Idem, Serm. 36. de Sanctis.

Adhibenda est a nobis medicinaliter severa correctio, Dei autem est illis eam facere utilem. Idem, l. de Corrupt. & Grat. c. 16.

Regat discipline rigor mansuetudinem, & mansuetudo ornet rigorem: & sic alterum commendatur ex altero, ut nec rigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta. Gregorius, l. 19. Moral.

Profecto se esse Dei denegat, qui in quantum sufficit, vitam carnalium corrigere recusat. Idem, in Past. c. 59.

Qui non corrigit resecanda, commisit; & facientis culpam habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare. Idem, in Registro.

Manifesta peccata non sunt occultis correctione purganda: sed palam sunt arguendi, qui palam nocent, ut dum aperta obargutione sanantur, si qui eos imitando deliquerant, corrigantur. Idem, ibidem.

Multos novimus, qui arguente nullo, peccatores se consentunt: cum vero de culpa sua fuerint fortasse correpti, patrocinium defensionis quaerunt, ne peccatores esse videantur. Idem, l. 21. Moral.

Mundus esse a vitis debet, qui aliena corrigere curat. Idem, l. 6. Moral.

Qui potest emendare, & negligit, participem proculdubio se constituit: quia alterius bonum iuvat, suum facit. Idem, in Registo.

In correctione hunc noviter esse ordinem observandum, ut personam diligas, & vitia persequaris: ne si aliter forsasse agere volueris, transierit in crudelitatem correctio, & perdas quos emendare desideras. Idem, ibidem, l. 9. c. 8.

Tanto humiliter corde alios corrigamus, quanto nos ipsos, in iis quos emendamus, agnoscerimus. Idem, l. 23. Moral.

Sunt bonae correctiones, & plerumque meliores, quam tanta amicitia: est tibi se putat amicus, suam tamen corripit. Ambros. l. 3. de Offic.

Plus proficit amica correctio, quam accusatio turbulenta: illa pudorem incutit, haec indignationem movet. Idem, in Lucam.

Quisquis peccantem fratrem non arguit, quodam modo hortatur ut peccet. Idem, Serm. 6.

Peccatum unius, quod cognitum non arguitur, multos contaminat, imo omnes, qui norunt, & non devitant, aut cum possunt arguere, dissimulant: non enim sibi videtur peccare, quando a nullo corripitur, vel vitatur. Idem, Epist. 1. ad Corinth.

Omni correctio amara quidem videtur ad praesens, sed fructus parit dulcissimos. Hieron. l. 1. in Jeremiam.

Corripendus est frater tuus scorsim, ne si semel pudorem & verecundiam amiserit, remanet in peccato; & si quidem audiverit, sacrificium animam eius; & per alterius salutem, nobis quoque acquiritur salus. Idem, l. 3. Comment. in Math.

Eos maxime elegerim, qui sunt acres & vehementes, qui peccatum aperiunt, qui reprehendunt; hoc enim maxime misericordiae & clementiae est, mereri vulnificas. Chrysol.

In omnibus peccantibus peccato, quando non incepit. S. Prosper, l. 3. de vit. Cont. c. 23.

Odo habentur peccata, non homines; corripiantur iudici, solentur ipsi; & quod severius castigare necesse est, non levius placatur animo, sed medentis. S. Leo.

Facientis proculdubio culpam habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare. Idem.

Plus erga corrigendum agat benevolentia, quam severitas; plus covotatio, quam commotio; plus charitas, quam potestas. Idem, Epist. ad Anasil.

Est consuetudo, sive, cum arguere possit, & scimus quod eadem poena facientes maneat, & consentientes. Berhard, in Nat. Jo. Baptista.

Ferveat in nobis zelus ille, fervens amor iustitiae, odium iniquitatis; nemo vitia pauperis, peccata dissimulet nemo. Idem, Serm. de Joanne Baptista.

Qui arguit, reviviscentem habeat ut cognitur, mansuetudinem ut Pater, iustitiam ut Iudex. Idem, in hac verba. Propter reviviscentem, & mansuetudinem, & iustitiam, &c.

Inpunitas, incuria solertes, insolentia mater, transgressionum nutrix est. Idem, l. 3. de Confid.

Cum arguuntur vitia, & inde scandalum oritur, ipsa sibi scandali causa est, qui facit quod argui debet; non ille qui arguit. Idem, super Cantica.

Obiurgationi semper aliquid blande commisce, facilius penetrant verba, quam mollia verba, quamque aspera. Senec. in Epist.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologiae penu ad hoc argumentum deprovi possit.

Quid sit fraternae correctio.

Fraternae correctionis nomine quamlibet correctionem intelligimus, quae spiritu charitatis fit ob delictum aliquod paratum, ut nocens vel malum reparet, vel impoherum ab aliis patrandis abstineat. Correctio hoc si leniter, & blande fiat, monitum, & correctio vocatur; si autem asperioribus verbis, reprehensio, obiurgatio, vel increpatio dicitur. Hanc nobis rationem tradit S. Augustinus, & hoc ipse interesse docet inter verba reprehendere, castigare, & corrigere, quibus tamen utitur indiscriminatim de fraterna correctione loquentes. D. Thomas, 2. 2. qu. 33. art. 1. illum charitatis adum appellat, seu quod spiritualis est eleemosyna; seu quod quocumque nomine vocetur, hic ipsi propositus finis est, ut a proximo nostro summum avertat malum, peccatum videlicet, eique summum procurat bonum, hoc est anime

salutem. Quibus addit, si correctio hoc adhibeatur, ne scelus latius grassetur, & ne impunitas alia similia foveat facinora, tunc esse actum iustitiae, ad quam spectat reparare injuriam publico illatam, licet nihil aliud fuisset effectum, quam janam hanc aperire, & quae injuria adhuc persistere, nisi otium illud clauderetur.

Ex S. Doctoris hujus sententia inferri potest, noxam peccantis, bifariam posse considerari, vel tantum peccatori solum noxiam, vel etiam noxiam populo, qui inde scandalum occasionem excipit: unde sequitur, duplex esse correctionem genus, alterum ut medeamur alienis peccatis, quae tamquam propria eadem patrantis mala censentur; alterum ut afferatur remedium peccatis, quatenus perniciem afferunt populo per scandalum, quod illi tribuitur. Prima proprie est fraterna correctio, quam charitatis adum esse diximus, altera vero ea est, quam actum iustitiae appellavimus. Prima illi omnes homines obligat, & erga omnes. Secunda vero directe, & regulariter obligat solum Praeules, Superiores, Magistratus erga boni regimini perturbatores. Prior ista simpliciter admonitiones, & correctiones subdit; altera usque ad seclerum punitionem procedit: illa ab inferiore fieri potest erga superiorem: haec vero non nisi a Superiore fit erga inferiorem.

Theologorum post D. Thomam 2. 2. qu. 33. art. 1. communis est sententia, fraternam correctionem generatim sumptam praecipue esse, non autem solius consilii: quod probatur per ea JESU CHRISTI verba: Matth. 18. si peccaverit in te frater tuus, vade, & corrip'e eum inter te, & ipsum solum. Et generatim constat ratio, charitas enim finis est ejusdemque praecipue quemadmodum Apostolus inquit: 2. ad Timoth. 1. finis praecipue charitatis; & Salvator ipse nos docuit legem univervalem in duplici charitatis praecipio contineri. Igitur quicquid huc divinae virtutis adversatur, vel conjunctum, vel seorsim hac lege prohibetur; & quicquid ad eam servandam necessarium est, eadem praecipitur. Et profecto si negligimus corrigere, cum opus est, fratrem nostrum, & Dei, & proximi laedimus charitatem. Quod ad proximi charitatem pertinet, hoc illa peripue verbo ostendunt: Lucratu' eris fratrem suum: Ergo ille perierat, inquit S. Augustinus.

Unde sequitur, fraternam correctionem imperatam esse, ut proximum ex magis periculo lapsu attollamus, quam si in praecipio, vel in mare cecidisset. At charitatem infringentem, qui opem non fratri jamjam sese aquis submergenti, vel in eo statu posito, ut in praecipio prolapsurus esset, nisi illi tenderet manum, & hanc per summam inhumanitatem illi detraheret: igitur hanc eandem charitatem infringit, qui salutaribus monitis opem eidem non fert, ut e peccato suo egrediat: ideoque hoc est praecipium naturale, atque divinum ex eo universali principio deductum: fac aliis, quod tibi vis fieri. Estne potest, ut quis proximum suum tantquam semetipsum diligat, qui eundem videns intereuntem illis non alicuitur periculo, quod valeat prohibere?

Hoc peccatum est etiam contra charitatem, quam debemus Deo; non solum quod illi inobedientes sumus, & violamus praecipium, quod nobis explicito indicit imperans, ut fratres nostros deerrantes corrigemus: verum etiam, quod offendimus illam non amare, quemadmodum filius amare debet Patrem, & subditus Principem, si eundem laedi videntes ledentem non increpamus. Quid diceres de filio, qui videret Patrem suum male haberi, quin illi ferret opem? vel de subdito, qui summa animi tranquillitate spectaret Regem suum affici consumelia? Nos vero quodidie tot in Deum blasphemias, tot murmura audimus; tot iniquitates patiantur intuemur, quae hanc insolentiam audeamus reprehendere? Apertissime potest ostendi, non inesse nobis pro Deo eam charitatem, quam petit a nobis, tantum enim abest, quod flagramus zelo gloriae nominis sui, ut immo contumeliam ejusdem nos ne tangi quidem ostendamus? Primum, sanctissimumque praecipium omnium illud proculdubio est, quo omnibus aequa nostra viribus Deum amare tenemur. Si proximum suum veluti seipsum, ut superius dictum est, non amat, qui patitur ipsum interire, neque Deum omnibus amat viribus, qui aequo animo fert, ut mortali noxa laedatur. Quis autem ambigit utrum Deum laedi patitur, qui id prohibere potest, neque ledentem redarguit. Si amas

Duo correctio generat.

Correctio fraterna de praecipio pro est, non tantum de consilio.

Odiu peccati efficitur debet, ut peccatum corrigatur.

Christum, corrige, inquit S. Augustinus; si illum vere diligeres, illi injuriam inferri minime pateris. Illum profecto non amat, qui non movetur ejusdem contumelia, neque eam prohibere conatur, neque nocenti suadet, ut aequa satisfactione illatum reparet damnum. Inferendum igitur, eum qui correctionis praecipium, ubi potest, minime exercet, contra duplex charitatis praecipuum peccare.

Christianus omnis duplici hac animatus charitate odisse debet, quod Deus detestatur, quodque illi contrarium est; & simul odisse quicquid fratrem suum perire potest. At certum est, nihil Deum magis perhorrescere, nihilque proximo nostro magis officere quam peccatum; ideoque si fidelis divina hac fervet charitate, neque in alius peccatum pati poterit, cumque cognoverit, hoc a fratre commissum, nihil relinquere intentatum, ut illud penitus destruat. Cum vero nulla suavior, neque utilior sit ad scelus extingendum via, quam correctio cum zelo, & Prudentia conjuncta, hac ille utrumque medicina adeo efficaci monstrum hoc in ipsis incunabulis suffocatur, atque prohibetur, ne progrediatur.

Fraternae correctionis praecipium, quemadmodum S. Thomas docet art. 2. questionis ejusdem, non nisi datis temporibus, & locis obligat, non autem semper, & quolibet momento? tum eo quod praecipium est affirmativum, tum quod opportunum non esset quavis hora, quovis tempore, & in qualibet occasione, aliquem scelus redarguere, neque clam, neque coram populo, quod multo minus decet. Virtutum enim actus exigunt, ut circumstantiae ferventur, & agatur juxta prudentiae regulas, alioquin ille vitiosus efficeretur, vel saltem alicui defectui obnoxius: quod de quacumque virtute vero dici potest.

Tunc maxime proximum corripere tenemur cum aliis ad hoc factum ut corrigatur.

Idem S. Doctor conclusione 3. ejusdem articuli ulterius docet; hoc praecipium correctionis tunc obligare solum, cum sperare possumus, ut hac ratione proximus corrigatur. Cum enim ad hunc finem institutum fuerit hoc praecipium, hac ipsa de causa illud in proximum redigere non tenentur; nisi cui jure sperare possumus, futurum ut serius, ocys e voto nostro res cedant. Etenim quemadmodum, & eod ad usum finem ordinatum est, ut scholasticis verbis utar, & ad nullum alium finem dirigitur, ad nihil ultra valet, cum finis cessat: ita pariter fit correctio, quae fratres nostros corripimus, talis est, ut nullum inde fructum praestolari possimus pro moribus eorumdem, propter aliquos circumstantiae defectum; tantum abest, quod eo in casu correctio fit de praecipio, ut immo tunc agitur eidem praecipio contraria.

Ecce autem quid ex eodem D. Thoma 2. 2. qu. 33. art. 2. ad 3., aliique Theologi hauserim circa omissionem rerum, quae hoc praecipio iubentur; scilicet accidere posse, ut proximum nostrum admonere, & corrigere omitamus triplici modo: 1. cum merito; cum prudenti charitatis consilio, & in iis circumstantiis, quae ad id requiruntur, absumamus a fratre corrigendo, veriti ne pejor evadat: 2. cum peccato mortali; cum rationabiliter praesumere possumus futurum, ut sefe corrigat proximus, si ipsum leniter corripimus; tunc enim si correctionem omitimus; mortalis omisio est: 3. cum peccato veniali, cum aliquis humanus respectus, vel mundana aliqua rationentiores, atque tardiores efficit in correctione, vel cum fructus spes tanta non est, vel cum non tanta necessitas urget, ita ut negligentia magnum afferre queat detrimentum.

Regulae, ex quibus dirigendi potest, quoad fraternam correctionem est adhibenda.

Ut autem sciamus, quandonam aggredienda sit correctio, haec ferme regulae sunt: 1. non tenemur, uti diximus, peccatorem corrigere, cum jure credimus correctionem irritam fore; & multo minus, si putamus, futurum ut, quin ullum succipiamus fructum, accidat immo, ut corripuit succenscat, & per iracundiam suam Deum gravius offendat. Sin autem de eventu dubitatur, est hoc in re certum capere consilium non possumus, plerique docent Theologi, omitti correctionem posse citra grave peccatum, & nisi moralem habeamus felices eventus certitudinem nos cum statuto rigore nequaquam teneri. Optimum tamen est sedulo cavere, ne facile nobismet persuademus, correctionem fructu caritativam; periculum enim imminet, ne hac persuasio ex ignavia, vel metu obortatur illis disciplinandi, quos non audeamus de officio suo commonefacere. Secunda regula; juxta Theologorum sententiam privati non tenentur publica peccata cor-

rigere, nisi fortasse per accidens, & indirecte atque tunc etiam semper meminisse debent, se nequaquam Dominos esse. Correctio, de qua hic agimus, secreta esse debet, atque seorsim fieri, quippe inter privatos est tranfgenda: sed peccatis publicis similis correctio nequaquam satis mederetur; acriorem illam postulant, & satis aptam, ut scandalum afferat medicinam. Possumus quidem, immo debemus, seorsim publicum peccatorem corrigere, & redarguere, ubi occurat occasio; & ipsi etiam Superiores, cum viam hanc arripere possunt, quippe qui exigere possunt, ut sibi aures attentius adhibeantur, praesertim vero Pastores quibus demandata est animarum cura plurimum hac in re praesare tenentur: hoc enim idem est, ac mali ipsius radicem convellere: Dicendum quod etiam in correctione fraterna, ut dicit Augustinus in libro de civitate Dei; verba sunt D. Thomae: sed preter hoc remedium alterum etiam publica noxia requirit, ab illis videlicet, qui publicam habent auctoritatem; quales sunt Praeules, Magistratus, & Superiores. Tertia denique regula in fraterna correctione observanda haec est, ut opportunam frateris occasionem adeo Sancto munere perfungendi; neque putes e res semper futurum peccantem in ipso delicto deprehensum corripere. Praesertim vero cavendum est, ne hominem redarguamus, cum in ipso affectus fervet magnitudo. Cum enim nihil valeat ratio apud hominem sensu, & ratione carentem, similiter inutile est admonere, & corripere peccatorem aduipationis suae furor correptum.

Non est cessandum si etiam consilia nostra in sequiorem partem accipiantur.

Quos corrigere tenemur.

Quamvis fraterna correctio bonum sit, quod universo mundo debemus, nihilominus necessarium non est, ut omnem lustrem Civitatem, eos, qui deliquerint, correpturi; sed satis est, ut hoc charitatis officium inter eos continetur, cum quibus res aliqua nobis est, & qui aliquo affinitatis, amicitiae, vel societatis vinculo sunt nobis conjuncti. Hoc enim praecipium nequaquam obligat privatos homines, ut curiosius alienas explorent adiones, quas corripant, atque redarguant. Hoc ad Superiores pertinet erga eos, qui sub eorum auctoritate versantur veluti ad Patres erga filios, & Dominos erga servos, quibus invigilare tenentur, & de quibus sunt rationem reddituri. Pro aliis vero, in quos neque auctoritatem, neque jurisdictionem obtinent, satis est, si corripiant malum, quod in ipsis vident, vel quod fortuito ipsorum auribus accidit, atque tunc quoque eas observare debent conditiones, quas superius attulimus. Ita docet S. Augustinus ferm. 16. de verbis Dom. Non querendo quid reprehendas, sed videndo, quid corrigas, ... alicuique efficeremur exploratores vitae aliorum.

Licet nemo corrigere valeat, neque ad frugem revocare possit eum, quem semel Deus dereliquit; unusquisque tamen nostrum vi praecipii hujus tenetur ea quaecumque potest conari non sine spe gratiae, & coelestis auxilii. Quis enim cognoscere potest suprema Dei consilia in eos, quos gravissimis abditos sceleribus intuemur? Alioquin vero non bene sperare cogitur de misericordia Dei, qui fidei persecutorem in Apostolum, & vas electionis convertit, & flagitiosissimos peccatores in admirabiles sanctos mutavit? Igitur nullius unquam salus desperanda est; ideoque non est ab improbis corrigendis cessandum. Hac mente S. Paulus Timotheum Discipulum hortatur, ne cesset unquam corrigere, admonere, omneque exercere artes ad peccatores ad officium revocandos: Insuper opportune, importune, argue, obsecra, increpa, in omni patientia, & doctri-na. 2. ad Tim. 4. Quod Apostolus Episcopo dicendum existimavit, ceteris quoque pro documento, atque exemplo esse potest.

Si quem mones, vel corripis, iniquo fert animo Non cessandum est; ubi sefe collegerit atque perperiderit, te vestri amici munere functum, tibi acceptam referat salutem suam, & ferius, ocys plurimas tibi gratias habeat. Verum esto ingratus sit ille, cui tantum confers beneficium; si vere christiana est charitas tua, non ideo cessare debes, quominus hac in occasione illi opem feras; immo etiam majori zelo pro ipso contra ipsum agas, medicos imitatus, qui minime curant, utrum phreneticum agrorum laedant, molestum eidem pharmacum precipientes: si enim illum modo ad iracundiam provocant, sciunt sibi gratias acturum, ubi perfecte convalescit. Sia autem medicorum conatus e voto non cedit, sal-

Non cessandum est; ubi sefe collegerit atque perperiderit, te vestri amici munere functum, tibi acceptam referat salutem suam, & ferius, ocys plurimas tibi gratias habeat.

tem suo munere perfunguntur, nihilque sua ipsi conscientia exprobrabit, si ager e vita decesserit. Hunc nobis proponere finem debemus proximum corripentes.

Quando & quomodo corrigenda.

Prohibuit Deus, ne temere de proximorum factis iudicium ferremus, vel ne ulla nobis suspicio incederet nequitia eorum, cum, quae ab ipsis fiunt, palam nefaria non sint. Vetuit etiam explicite, ne obloqueremur, neque aliis ea detegeremus mala, quae scimus, ubi secreta, & abscondita sint: sed voluit, ut de peccatis redarguerentur, ubi nostris illa acciderent auribus; & ut leniter admonerentur, primum quidem seorsim ad evitandum ruborem, quo palam suffunderentur; deinde, si nullus ex admonitionibus fructus perciperetur, ut coram uno, vel duobus testibus acriter increparentur, ut nullus suam errorem cognoscerent: ac tandem Ecclesiae toti deferrentur, ut per salutarem confusionem istam sese tandem colligerent. Sin autem hac omnia in irritum cederent, nihilque correptionibus proficeretur, iussit eos tanquam Ethnicos, & Publicanos haberi, omnemque cum ipsis tolli necessitudinem. Hoc nobis ore proprio preceptum irrogavit IESUS CHRISTUS, & hoc ipse etiam pluribus in occasionibus exercuit. Urinam preceptum hoc servaretur hodie cum eadem severitate, & libertate, qua primum Ecclesiae sculis, immo etiam in veteri Lege servabatur! Vitium, quod hodierna die impure graffatur, prodire minime audeat, & cum modo tantam sese efferat insolentiam, timoret, & expavesceret; nec enim haberet censores, & iudices, quos spectatores, quorum notam, & reprehensionem formidaret.

Non petitur ex nobis omnino, ut in proximo scelerum cursum inhibeamus; sepe enim mali vis vehementior est ipsis remediis: sed quemadmodum loquitur S. Bernardus lib. de Confid. *exigeris curam, non curatorem*. Teneamus solum proximi curam gerere, & malo supremum reprehensionis remedium applicare, quae si in proximo effectum non obtulerit, obinebit in nobis; ita enim perfungamur munere charitatis, quam proximo nostro praestare iubemur. Ita Dei Filius de huius remedii successu sub conditione tantummodo loquitur. *Si te audivit, innotuit tibi fratrem tuum*: Matth. 18. Si te audivit, si intellexerit utilitatem tuam, si, quem debet, fructum perceperit ex admonitionibus tuis, verus eris ei iudex, & iudicium, & quodammodo etiam Salvator. Sed quomodocumque res cessura sit, maximum charitatis munus obibimus, & quemadmodum nihil nobis esse debet antiquius, quam fratrum salutem prodesse: nihil est etiam, quod magis timere debeamus quam ne causam prebeamus illius damnationi, & excidio seu eundem impellentes in scelus pravo exemplo, seu minime prohibentes, ne cadat, illum non corripiendo, atque admonendo. Utroque modo terribiles illas subimus minas, quas intendit Deus per Prophetam suum illis, qui causaverint interitus fratris sui. *Ille quidem in iniquitate sua captus est; sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram*. Ezech. 33.

Huius precepti necessitas.

Fratris corrigendi, & de peccato tuo corripiendi preceptum summa necessitatis non esse nequit, constituit enim partem precepti charitatis, quod Deus preceptum suum anonomatice appellat. *Hoc est preceptum meum; ut diligatis invicem*. Joann. 13. Quemadmodum vero ex Apostoli sententia caetera legis precepta hoc uno complexus est Deus; asserere possumus, hunc unum charitatis actum, quem erga proximum exercemus illum corripientes; eminenter alios quoslibet continere; quod illum ex maximo malorum omnium, quod est peccatum, educimus; illi maximum honorum omnium quod est salus aeterna, procuramus; illi in necessitate omnium gravissima opitulamur; illi saluberrimum consiliorum omnium tribuimus, ac tandem amplissimum omnium beneficiorum conferimus. Itaque IESU CHRISTO haec actio charitatis adeo cordi fuit, ut licet in precepto generali contineretur, eam peculiatiter praecipere voluit hoc explicito mandato: *Si peccaverit in te frater tuus: vade, & corripe eum*. Matth. 18.

Fraterna correctio, quatenus actus est charitatis, non solum ab hominibus exerceri potest, verum etiam cum omnibus, qui deliquerunt, qui vitio alicui sunt obnoxii, vel qui scandalum attulerunt; attamen ista correctio aliter, aliterque instituenda est pro statu, & qualitate eorum, qui corripunt, vel corripuntur. Et enim primo quae fieri potest ab inferiori ad superiores, vel ad eam qui nos aut

dignitate, aut nobilitate superat, esse debet, ex Divi Thomae sententia, cum quadam reverentia, suavitate, & modestia conjuncta, atque his verbis, quae palam offendunt, nos status nostri nequaquam oblitos, sed zelum salutis ejus, vel fidem, quam illi debemus, & quam ipse alias in nobis expertus est, nos in eam spem induxisse futurum, ut quo pareretur animo, si veritas tibi a nobis diceretur. Correctio deinde subsidiaria, atque sincera esse debet, atque modesta. Haec sunt Divi Thomae verba: *Ut scilicet, non cum protervia, & duritia, sed cum mansuetudine corrigatur, unde, Apostolus dicit: sententiam ne increpaveris, sed obsecra ut Patrem, r. ad Timoth. 5. Secundo cum paribus minus caute, magisque audenter ageamus; cumque aequalitas ad audendum majorem praebet animam, liberius est instituenda correctio; licet semper hac ut debeamus circumspectione, ut apertius personarum ingenio, amicitia, vel necessitudine, quo interesse potest, & scelerum qualitate, quibus obnoxii sunt. Tertio, cum inferioribus, satis patet Superiori utendum esse auctoritate sua non solum ad eos majori vi corripiendos, verum etiam puniendos, ubi necessitas vellet; ita tamen ut semper charitas severissimum etiam lenitatem correctionem, & postquam illi offensa fuerit criminis gravitas, & notum ejusdem effectus, intelligant simul, hanc, & Paternam esse correctionem, & satisfactionem publico debitam.*

Amicum produrus cum illam corripere veremur.

Qui amicum non audent reprehendere, ne ipsum ledat, atque ut fatam teclam cum eo fervet amicitiam, non videt profecto se sanctissimas amicitiae, ac charitatis leges infringere manifesta prodicione, qua ipsum interire patitur quod salutari consilio ipsum admonere detrectat: quod aliorum censuris, & iritionibus obijci, quibus fortasse idem, ac nobis jus est illius monendi, & corripiendi? sed cum sint aequo esse inertes, & timidi, eandem in ipsum infidelitatem committunt. Et tunc hic diligenti; quamnam praestolaris occasione, ut tuam illi probes amicitiam, si eam nunc offendere non audes in hoc, quod primum zeli esse debet obiectum? Cum ad auferendum maximum suae salutis obicem una tantum vulvere possit vox, una amici admonitio, & lenis correctio, qua ipsum de miserrimo statu, in quem lapsus est educere poterit. Si amicus, quem amonens, aequus est, habere profecto debet tibi gratias; sin autem iniquus, tua est indigna vindicta.

Si veram erga Deum charitatem habemus, qua fideles omnes amari debeant, Dei ipsius mentem debemus assequi, quae profecto est, odisse peccatum, quod ille unice horret, omnem conatum exere re ad illud destruendum, nihilque intentatum relinquere prohibitorum; ne Dei maris laedatur. Hoc ille praestolat ut a nobis: idem quemadmodum prohibet, ne peccemus, ita praecipit, ut peccatum corripiamus; nulla enim tutior, suavior, & efficacior est via, vel ad praeventendum scelus, vel ad sceleris progressum inhibendum. In hac igitur occasione praesertim fetre prae nobis debemus amorem nostrum erga Deum, atque mundi Salvatorem. Si vere amas eum, qui venit, ut peccata deleteret, audader peccatum corripere, & redargere. Numquid ignorare potes quantum deducit Deo peccatum adferat? Heu si hoc tenes, quiescere ne potes, illum contumelia affectum intutus? Si amicum haberes, cui te totum devovisses, ferre sine tactus, ut coram te illius existimationi nota adferretur? ut ille convitiis peteretur, vel domi ejusdem malleolis ignis admoventur, quia te ipsam moventes, quia ad ignem conclamares, & quin cum tibi defendendum esse censeres? Tu vero, quem Deus amicum vocare dignatur, cui gratia gloriosum hanc titulum praebuit, poteris, ut te inspectante dedecore ipse alicuius, in eum ingeratur convitia, ejusque leges, & mandata infringantur? Tu testis es, & spectator, & potes quiescere, quia tu quoque amicitiae leges infringas, & indignae infidelitatis reum te constituas?

Quomodo autem res igitur in proximo corrigenda.

Dei, & proximi nostri utilitati nostra quoque utilitas addenda est, nobis etiam illi peccant, nisi eos corripuerimus, & increpaverimus: *Si peccaverit in te frater tuus*, inquit Evangelium hoc nobis irrogans preceptum. Si peccaverit contra te, huic sensum nonnulli verbis allatis appingunt; sed non id innuere velle Dei Filius mihi videtur. Si enim corripere teneremur, cum lesti sumus; homines sane, qui nimium injuriis afficiuntur, preceptum hoc, quod ipsorum faveret studiis, satis superque adimplerent: eorum quaestus, exprobrationes, saepe etiam

eriam ira, & ultio in occasionebus, enitecerent, ultra quam par esset: & ita pauca scelerum correctio ne careret, si noxa nos tantum respiceret. Quasi si noxam alii censeret, verba illa *peccaverit in te*, significare velle, coram te, quasi nos ipsos offenderet, qui nobis inspectantibus offendit Deum, quem amare, & cujus honorem nostrae etiam utilitati antefere debemus. Haec ipsa de causa nos ipsi peccamus cum aliena patimur peccata, nec equis, & quadrigis aditumur, ut ea prohibeamus. Sensus autem maxime naturalis, quem Sancti Patres huic loco tribuunt, hic est, in nos ipsos reipsa peccari, cum coram nobis peccatur in Deum, quia haec actio esse potest nobis causa peccati, vel propter malum exemplum, quod nobis tribuitur, vel propter imbecillitatem, & ignaviam, quae peccatum corripimus, vel propter defectum charitatis, quod ostendimus, fratri non afferentes opem, ut lapsus confurgat, eundem minime redarguentes, ut opus est, atque teneamus. Igitur propter propriam utilitatem proximum debemus corrigere, nisi velimus sceleris sui fieri participes, & a nobis rationem deposci malorum omnium, quae ejusdem exemplo patrantur. Hoc precepto si huius necessitatem ostendit, quod videlicet in hoc ita res agit nostra, ut Deus a nobis rationem sit expectatur; atque hinc docemur aliquem existimare se divina ultioni obnoxium non fore, quia inter sua peccata recenset ea solum, quae ipse patravit, quae attendat, ut olim Regius Propheta, non desse aliena peccata, quorum a nobis rationem exiger Deus, & quae nostra sunt, & quod cum possemus, illa non prohibuimus: Satis enim est officio huic desuisse, ut finis nocentes; quamquam fortasse ad huius articuli necessitatem nunquam appulerimus animam: *Et ab alienis parce servo tuo*. Pl. 18.

Ut corrigere possimus, uti decet, & cum veritate, proximos nostros de ipsorum defectibus; non satis est mero agi zelo, atque charitate urgeri; requiritur ulterius, ut qui corripit, immunis sit a vitio istidem, quae reprehendit, atque vituperat. Ita docet etiam S. Thomas, nihil magis enervem correctionem efficere, quam intueri corripientes istidem obnoxium vitio, quae corripit. Itaque oportet praesere boni exempli auctoritatem, atque praetaram probitatis existimationem; alioquin nihil inausus, nihilque magis ridiculum, & quod magis meareat eorum, qui corripuntur, censuram, atque contemptum, quam si nos ipsi correctione indigeamus. Nihil stultius quam hominem violentum, atque furentem modestia atque patientia precepta tradere velle, & hominem libidinosum, & voluptatibus deditum temperantia documenta suis amicitis dicere. Nonne hoc est esse alieno contemptum obijcere, alioquin agram praesere dicendi, quod est in Evangelio: *Meditate cura te ipsum?* Heu tu, qui alii meredi contendis, cur non uteris iis pharimacis, quae alii propinas? Quod si metus, nostraeque auctoritatis reverentia prohibuerint illos, ne in faciem haec nobis exprobrant; saltem clam in ludibrium traducant monita nostra nosque cum amicitis suis irridere nostra cum charitate conjuncta felici eventu carere non poterit.

Ex his, quae hactenus dicta sunt, non sequitur, nos prorsus perfectos, & ab omni labe vacuos esse debere, ut vindicare nobis possumus jus alios admonendi, & corripiendi: si enim hoc verum esset, nemo teneretur peccatis corrigere; nemo enim a culpa immunus est. Et si opus esset semper, nos aequiores esse illis, qui in viam justitiae sunt revocandi, quis citra criminiosam audaciam hanc sibi posset Provinciam deposcere? quandoquidem in communibus erroribus, quos saepe tenemur tedarguere, optimus quisque tantum habet infirmitatis, ut similibus videatur illis, quos corripit, quapropter precepto hoc perfungi minime posset, quod nihilominus generale est, omneque vicissim homines obligat. Sufficit ergo irreprehensibilem vitam ducere bonorumque vitiorum comunem mereri approbationem, ut jure corripiamus vitia, quae ad cognitionem nostram perveniunt, quin totius humani generis censuram exerceamus.

Correctio ad hoc, ut utilis sit, quamplures habere debet circumstantias, quibus ipsa lenitur. Ea enim accomodanda est ingenio eorum, qui corripuntur, ideoque opus est, eorum studia, infirmitatemque partem agnosceri, ut modo utilitatis, modo glorie, & existimationis, modo zcatis, & dignitatis rationem illis proponamus. Nimis violenta

reprehensio peccatorem exasperare potius potest, quam revocare ad officium, & alia importune adhibita quocumque effectu carebit. Si elata voce superbum hominem alloquamur, lapis erit super lapidem violenter cadens, ex cuius lapsu ignem scintillae emicabunt. Sic corripiendus lapsus videtur, quem erit, ac facile ex hac ipsa parte ipsum oppugnare, & justum merum ob pravam vivendi rationem eundem injicere: sin autem auctoritate, vel dignitate polleat, blande aditus nobiscum aperiendus erit in animum illius, ita ut ipse errata sua cognoscat, & contra se damnationis suae proferat sententiam, quod in Davide Propheta Nathan obtinuit: *tu es ille vir* 2. Reg. 12. Zelus enim, & charitas certas aperiant vias, cum vere nobis fratrum nostrorum salus propostita est.

Non desunt quidam, qui preter communem omnibus fidelibus vitia corripiendi obligationem, ad id peculiari tenentur officio, quod eorum statui, honori, loco, muneri adhaerent. Exempli gratia, Pater familias invigilare debet filiorum, servorumque suorum actionibus: ipse interest, eos corrigere cum sese emancipant, & a vera virtutis sanitate aberrant: ad illum pertinet filiorum educatio: ideoque ipsius est eos corrigere, & adolescentiae praecipites motus compefcere. Quis enim ignorare potest auctoritatem patriam primam esse, vetustissimam, ac magis naturalem ex omnibus legibus? Ad haec cum simul sit domi suae Dominus: nihilque ibi fieri debeat, nisi de mandato ejusdem, ipse rationem redditurus est de servis suis, cum in illis suis obnoxii nequeat profus diversum a jure Magistratum, qui potestatem suam non in qualibet occasione, neque propter omnia crimina exercent. Adsum etiam nonnulli, qui tenentur curam gerere eorum, quos Deus illis commisit: illi autem tenentur corripere ea, quae noverunt flagitia: quia si rationem reddiderint sunt de salute illorum, qui suo subint regimini, noane rationem reddent de eorum sceleribus, quae saluti ipsorum sunt impedimento? Non desunt alii, quibus profecto adeo explicitum jus non est, sed nihilominus sufficit, ut ad hoc munus explendum necessario teneantur. Hoc autem jus conferit amicitia. Amicum habes, cujus auribus omnia secreta committis, & qui vicissim sese aperit tibi: intus ergo, & in cute illius flagitiosum vivendi genus, ejusque impudicitiam noiti. Tuum est, ipsum amice redarguere; & eadem amicitia, quae hoc tibi jus tribuit, atque aditum aperit faciliorem, peculiarem etiam tibi injicit obligationem. Alia insuper sunt particularia jura, velut ea, quae sanguinis propinquitas conferit fratrum in fratres, & consanguineorum, quorum interest bona vel mala cognatorum suorum existimatio, quae loquamur de illis, qui parentum locum obtinent apud eos, in quo parentum obtinent jurisdictionem, quales sunt tutores erga pupillos, Magistri erga discipulos, & Pedagogi erga Nobiles alumnos. Certum est haec nomina, & officia: totidem institutae particulares obligationes corripiendi praeter eam, quae christianis omnibus communis est.

Fraterna correctio, qui praestantissimum quidem est charitatis actus, & cujus tanta necessitas est, plurimas in praxi patitur difficultates, & quo acrius superbia nostra patitur redargutionem, eo difficilior amor proprius viam ad alios corripiendos nanciscitur. Metus illis displicendi, vel eorum odium sibi constandi, ratio, quam habemus eorum qui corripiendi sunt, ipsorum qualitas, atque superbia, quae non patitur, ut ad illos audeamus accedere, naturalis nostra timiditas, vel potius ignavia: denique modicus zelus, quo & pro eorum, & nostra simul sajure sumus successi, totidem sunt difficultates, atque impedimenta; ne explicitus simplex praecceptum, cui desse non possumus, quin nosmet reos efficiamus ejusdem criminis, quod detrectamus corripere; & quemadmodum plerumque Doctores loquuntur, quin hanc participes scelerum omnium, quae evenerunt sunt, quod non attulimus medicinam, quam poteramus.

Animadvertendum est tamen fraternam correctionis precepto nequaquam opponi alienas infirmitates pati, easque ad tempus aliquod dissimulare; hic enim nonnumquam actus est charitatis, quemadmodum monet Apostolus: *Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi*. Non enim dissimulantur; nisi ut tempus opportunum expectetur, ut correctio fiat efficaciter, si est necessaria. Quis enim ignorat, utrum ille peccantis imperus quidam

Qui peccari jure alios tenetur corrigere.

Yyy fue